ALEXANDRI LAZZARINI ROMANI

Sacros. Basil. s. Mariae Transtyberim Canonici, SS. D. N. Papae ac Sedis Apostolicae Caeremoniarum Magistri, Sac. Theol. Jur. Utr. et Phil. Doct., in Gregoriana Universitate Ethices ac Juris publici Profess. Publ. Ordin., Bibliothecae Corsinianae Praefecti, Sacr. Congreg. Indicis Consultoris &c. &c.

DE VARIO TINTINNABULORUM USU APUD VETERES HEBRAEOS ET ETHNICOS.

VOLUMEN I.

ROMAE MDCCCXXII.

Franciscus Bourlié Excudebat

Praesidum Facultate.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FABRICIO
SCEBERAS TESTAFERRATA

S.R.E. PRÆSB. CARDINALI

ARCHIEPISCOPO

EPISCOPO SENOGALLIENSI

COMITI &c.

ALEXANDER LAZZARINIUS

FELICITATEM.

Cum ea, quae hactenus de *Jure publico universo Naturae ac Gentium* edidi, Opera Pio VII. P. O. M. dicaverim, hoc alterum, quod ego modo in lucem profero, Tibi potissimum nuncupandum esse censui. Quippe qui

veluti unus ex eius (1) *Consiliariis*, (2) *Coadiutoribus*, et (3) Ecclesiae *Cardinibus*, eidem, ut verbis utar Leonis IX. (4), *proxime adhaeres*, et (5) maxima, quae post illam eius sit, dignitatis amplitudine refulges.

Accedit praeterea, hoc idem. quodcumque tandem sit, praecipuo quodam jure ad Te maxime pertinere Opus, cuius Auctor Tuus omnino est. Utpote cum ea, qua praestas, benignitate eidem, ut *a Cognitionibus* tum sacris, tum juridicis, tum politicis Tibi assidue praesto esset, honorificentissimum, atque apud ipsos veteres Romanos Im-

(1) Pelagius PP. apud Romanum in *Cons: ult. n.* 13.

(2) Nicolaus III. *in C. Fundamenta de Elect. in* 6.

(3) In *C. Sacrosancta dist.* 22. *in fin.*, et Archid. *ad cit. C. num.* 7. *et* 8., nec non S. Bernardus *de Consid. ad Eugen. l.* 4.

(4) In *Epist. ad Mich.*

(5) Hostiensis in *C. Dilectus de praeben,*, et Jo. Andreas *Lib.* 1. de *Concil. num.* 118.

peratores (1) usitatum *Auditoris* nomine modo appellari solitum detulisti munus, primum cum a Summo Pontifice Sedis Apostolicae Nuntius apud Helvetios renuntiatus, ac deinde Romam reversus, cum in amplissimum Cardinalium Collegium merito fuisti cooptatus. Vària, et fere, ut ita dicam, fatalia rerum adjuncta iterum iterumque tantum mihi praeripuerunt honorem. Quoniam ut Emo, qui tunc Gregorianae nostrae Universitatis praeerat studiis, atque regimini, Cardinali Stephano Borgia caeteroquin doctissimo obsequerer, neque Cathe-

(1) „ Inter officia domus Augustae (inquit Forcellinius in *totius Latinitatis Lexico To.* 1: *Art. Cognitio p.* 493. *Col.* 1. *Edit. Patav. an.* 1771.) „ fuerunt etiam Officiales à *Cognitionibus*, nempe „ quibus Principes cognoscendarum causarum „ curam demandabant. Seneca in fin. *Apocolocynt.* „ Maenandro liberto suo tradidit, ut à cognitio- „ nibus ei esset. Huc pertinent Inscriptiones „ apud Gruter. *pag.* 271. *n.* 4. *pag.* 285. *n.* 6. &c., „ in quibus *Judices sacrarum cognitionum* com- „ memorantur „.

dram, quam adhuc in ea obtineo; deserere, neque Urbe idcirco egredi valui. Et cum ad regendam Senogalliensem Ecclesiam Tu fueris evectus, neque hac occasione proinde illius mihi rursus delati muneris partibus fungi potui. Id tàmen non prohibet, quominus ego et Tuus sim, et maximo grati animi sensu Tibi devinciar.

Quamobrem licet tam magni honoris concessioni referri tanta gratia nequeat, quanta debetur, eam tamen habendam esse cognoscens, quantam non modo animi nostri capere valent, sed voluntate, reque proinde ipsa Tibi reddendam esse sentiens, externam hanc ejusdem significationem Tibi dare constitui. Quam porro pro Tua humanitate dedignàtus non solum non es, sed eadem demissi, atque humilis animi Tui sensibus quanvis adversa Tibi tamen arrisit, ac probata in primis est.

Quibus porro fit, ut Tu licet omnium virtutum genere spectatissimus quamlibet etiam levissimam earumdem in Te commemorationem averseris. Sinas tamen, precor, EMINENTISSIME PRINCEPS, Tuam aliquantulum meminisse pîetatem, religionem, ac integritatem praesertim in ipsis olim regendis quibusdam praeclariôribus Pontificiae ditionis Provinciis splendissime manifestatam, et ab omnibus commendatam, fere incredibilem animi Tui candorem, atque ingenuitatem, nec non immotam constantiam, ac firmitatem, singularem demum in omnes humanitatem, et comitatem Tuam.

Quamobrem eamdem conspicatus, et admiratus universus Tuae Dioeceseos Populus non potuit, quin, tum cum primum ad eum accessisti, publicis, iisdemque inauditis Te laetitiae signis exceperit; et accidit quoque, ut ab Helvetiis omnibus in Pontificia Lègatione apud eos ineunda, quemad-

modum Tumet ipse fateris (1) „ per-
„ humaniter semper, perque honori-
„ fice per annos quatuordecim fueris
„ habitus, nihil ut supra essse pos-
„ sit „. Quo porro in loco neque silen-
tio praeteream (2) „ ea (quae Tibi)
„ pro temporum asperitate, rerum-
„ que vicîssitudine in gravissimi mu-
„ neris partibus rite obeundîs perpe-
„ tiénda fuerunt, ut vitam parvo di-
„ scrimine leti identidem ducere, eam-
„ que pro officii ratione haud raro pa-
„ cisci oporteret „.

Tantis autem laboribus, atque mo-
lestiis maximus, ac certe singularis
ille debebatur, quem inde adeo felici-
ter cepisti, fructus tum strenuae,
providaeque Helvetiorum genti, tum
Tibi praesertim honorîficentissimus.
„ Nam (Te ipso perhibente (3)) Hel-

(1) In *Epist. Pastor. ad Cler. et Pop. univ. Dioeces. Senogallien. Romae* 1818. *pag.* 3.
(2) *Ibidem*.
(3) In *cit. Epistola pag.* 4.

„ vetii foederis Magistratus Tuis et
„ votis et postulatis perbenigne sem-
„ per annuentes, dum in tam magna,
„ turbulentaque Christianae reipubli-
„ cae tempestate Religiosarum Fami-
„ liarum Alumni, Alumnaeque tot in
„ regionibus e domesticis exturbati
„ sedibus hac illac palantes vagaban-
„ tur, in eorum interea, qua late
„ patet, ditione nihil tale unquam
„ fieri voluerunt, neque sanctissimis il-
„ lis pietatis, et doctrinae domiciliis
„ detrimentum ullum afferri „.

Sed plura persequi maxima et singularis vetat animi Tui modestia. Quamobrem ut eidem morem gérens, caeteris Tuis reticitis laudibus, scribendi finem ego faciam, nihil aliud superest, Cardinalis Amplissime, nisi ut Te etiam atque etiam orem, ut hoc, qualecumque sit, Opus praesentissimo auctoritatis Tuae patrocinio tuendum suscipias, et hanc meam nuncupationem veluti publicum quoddam obsequen-

rissimi animi mei testimónium, atque argumentum benigne ac humaniter, ut soles, excipias.

Romae Id. Junii MDCCCXXII.

PRAEFATIO.

I. Vetus est, atque apud omnes probatissima Gregorianae Universitatis consuetudo, et institutum, ut quotannis in ipso disciplinarum tradendarum limine quaedam haberi publice soleant a Facultatum Professoribus academicae Orationes *Praelectionum* nomine nuncupari solitae (1), in quibus de aliqua re agatur, quae ad tractationem proximo tempore suscipiendam vel maxime referatur. Ab hac dicendi ratione ego ne discederem, plurimas ea occasione tintinnabulorum usus apud veteres Hebraeos, et Ethnicos oratione sum persequu-

(1) Illc viget in hac nostra Universitate mos, ut quilibet in ea Professor, antequam scholasticas tractationes aggrediatur, singulis annis suam publice habeat orationem, quae *praelectionis* nomen obtinet, idque certe non alia de caussa, nisi quod lectionibus proxime tradendis praemitti soleat. Hic autem non impedit, quominus paulo post statuto die assueta quolibet item anno ab Eloquentiae, vel Poeticae, vel Humaniorum Litterarum Professoribus alternis vicibus pro solemni studiorum instauratione alia publice dicatur oratio.

tus, qua mihi Christianorum rituum, et antiquitatum historiam publice in eadem Universitate olim recensendam, et explicandam suscipienti de illo agendum erat, quod veterem Christianorum psallendi morem, originem, antiquitatem, totius denique divini officii rationem spectat. Sed quoniam veteres Christiani (1) signis quibusdam, scilicet in-

(1) Lignea instrumenta nec semper, nec ab exordio usque veteris Ecclesiae adhibita sunt pro conventibus, rebusque sacris indicendis. Nam qui fieri poterat, ut veteres Christiani calamitosissimis illis Ecclesiae temporibus, quibus omni persecutionum genere divexati firma non habebant ad orandum loca, quod nonnisi cla.., et furtim peragere iisdem licebat, tanto lignorum strepitu Ethnicorum aures, oculosque in se convertere voluerint? Quare, ut recte animadvertit Baronius ad annum Christi 58. *num.* 103. *To.* I. *Editionis Lucensis pag.* 527., vehementer fallitur Amalarius Fortunatus, qui *libro* 4. *de Ecclesiastico Officio cap.*21. *apud* Hittorpium *Edit. Paris. an* 1610. *p.* 471. ligneis instrumentis veterem Ecclesiam usam fuisse autumat ,, praecipue tunc, quando latitabat per cry,, ptas ,,. Quare id factum non est, nisi postquam a Constantino imperatore Ecclesiae universae pax reddita est. Quo autem signo loco lignorum usi tunc fuerint Christiani, monumentorum inopia definiri nequit. Id autem, si quando factum est (,, Apud alios ,, enim (ut inquit Walafridus Strabo in *libro de Exordiis, et incrementis rer. ecclesiast. cap.* 5. *apud Hittorpium col.* 665.) ,, devotio sola cogebat ad statutas ,, horas convenire ,, secreta quadam, et admodum oc

strumentis ex ligno primum, tum vero

culta ratione fieri debuit. Etenim „ alii (velut i-
„ dem pergit Strabo) pronunciationibus publi-
„ cis (ab Episcopo vel Diacono in ipsa Ecclesia fa-
„ ctis) invitabantur, et in una solemnitate proxi-
„ me futuras dicebant „. Baronius autem *ad ann. Christi* 58. num. 102. pag. 527. *To.* 1. cit. *Editionis Lucensis* per publicum cursorem, qui privatas Christianorum omnium aedes peteret, sacros conventus indici consuevisse arbitratur. Strabonis tamen opinio nulli fulcitur vetusto monumento. Baronius vero innititur cuidam S. Ignatii Epistolae, quae tum, ut norunt saniores Critici, apocrypha omnino est, tum ea deinde dicit, quae cum ejusdem Baronii sententia nullatenus conveniunt. Profecto „ apud quosdam (ut
„ ille idem subiicit *loco cit.* Strabo) tabulis, apud non-
„ nullos cornibus horae prodebantur „. Sed ne in refutatum Amalarii errorem Strabonem incidisse, ac eumdem sibi aperte contradixisse dicamus, eum vel tranquilla Constantini tempora, vel illos fortasse Christianos nulla persecutione divexatos, (quanquam ego dubitem, utrum vetustissimo illo aevo, quo Ethnici ubique dominantes, et furentes undique ac abscondita etiam, ut in hos desaevirent, penetrabantur loca, eam declinare aliquibus concederetur) vel intermedia etiam illa spatia, quibus quandoque à Christianis persequendis, brevi licet tempore, Gentiles desierunt, intellexisse putandum est. Verum sequioribus saeculis in locum lignorum successerunt majora tintinnabula i. e. campanae, quae pro sacris indicendis adhiberi ceperunt. Id tamen ante saeculum Ecclesiae VI. factum fuisse probari non potest. Nam prima campanarum usus mentio, ut recte animadvertit Cl. Zaccaria in *Onomasticon Rituali.* verbo *Campana*, legitur duntaxat apud Mabillonium *in Vita S. Colum-*

ex aere confectis, quae posteris temporibus *Campanarum* nomen obtinuerunt, (1) publicam psalmodiam indice-

bae primi Abbatis Hyensis in Britannia, qui fato cessit ann. 599.

(1) Ante saeculum Ecclesiae VI. campanarum nomen majoribus tintinnabulis inditum non legitur. Primus enim, qui usus illo fuerit, est citatus Auctor *Vitae Sancti Columbae*. Alii autem tum vetustiores, tum ejusdem saeculi scriptores tintinnabuli, vel signi vocabula potius adhibuerunt. Cardinalis Bona *rer. liturg. l. 1. c. 22.* §. 6. quidem ait „ Nec est improbabile campanae nomen tunc tintinnabulis inditum, cum ipso „ aere majora fieri coeperunt: quo autem anno id „ contigerit, non liquet „. Idem tamen Bona paullo inferius, scilicet §. 7. eos deceptos fuisse autumat, qui principio Saeculi VII., vel in fine VI. hoc idem nomen invectum esse sentiunt locis Actorum S. Lupi, et Vitae S. Eligii ab Audoeno conscriptae apud Surium *l. 2. c. 21.*, quae *ibid.* exscribit, in quibus *campanae* vox adhibita legitur. Quoniam „ in his „ testimoniis (veluti subiicit *loc. cit.* §. 6. *in princ.*) „ ex actis SS. Lupi et Eligii advertendum est in „ primis Scriptoribus nomen campanae non reperiri, „ sed a Laurentio Surio, qui priscas loquendi for- „ mas recentioribus commutavit, uti ipse fatetur, „ contra fidem veterum Codicum substitutum fu- „ isse „. Quamobrem quoniam et Bedam, et Alcuinum eius discipulum, et passim octavi, noni, et sequentium saeculorum scriptores campanae utuntur vocabulo, coniicit *ibid.* „ nomen campanae grandio- „ ribus tintinnabulis impositum circa finem VII. saeculi, et octavo, ac nono apud omnes diffusum esse „. Huic tamen eius sensui se assentiri non posse candi-

ire consueverunt, et ad eam peragendam

de fatetur Franciscus Pagius in *Breviar. Gestor. Pontif. Rom. ad Sabiniani P. Vitam n.* 1., ubi eumdem propterea refellendum aggreditur. „ Nam (velut *ibid.* ait) „ Mabillonius Saec. 1. Benedict. edidit Vitam S. Co- „ lumbae primi Abbatis Hyensis in Britannia, scri- „ ptam a Cummeneo Albo dicto, qui anno 657. „ dictus est pariter Abbas Hyensis, obiitque anno „ 669. juxta Guillelmum Cave in historia literaria: „ in ea autem vita Cummeneus cap. 22. scribit S. Co- „ lumbam, qui ex Annotatore Baronii obiit anno 599., „ *media nocte pulsante campana* ad Ecclesiam per- „ rexisse, et cap. 25. hunc sanctum *quadam die mi-* „ *nistro suo companam subito pulsare* praecepisse, *cuius* „ *sonitu fratres excitati Ecclesiam protinus sunt ingressi*, „ ideoque ante saeculum sextum absolutum fideles ad „ divina officia campanarum sonitu convocabantur. Id „ etiam probat pluribus Edmundus Martene in Tra- „ ctatu de antiqua Ecclesiae disciplina in divinis offi- „ ciis celebrandis cap. 2. num. 11. ex Gregorio Tu- „ ronensi „. Quae porro „ animadversio etsi non suo „ utcumque fundamento destituta „ dicatur à Ro- berto Sala Cardinalis Bona Annotatore *Nota* 1, *ad p.* 136. *T.* 2. *ad loc. cit. Bona*, sibi „ aliter tamen con- „ cipi potuisse videtur. Cum enim simplici ex con- „ jectura tantum (sicuti pergit) atque ad extorquen- „ dum assensum indifferenti, non vero absoluta, ac „ diffinitiva sententia id asseruerit purpuratus scriptor, „ non est, quod huiusmodi censuram meruisse depre- „ hendatur. Caeterum in Cardinalis Apologismum „ (quemadmodum subiicit) sic Pagio reponendum „ ducerem. Et quidem si Cummeneus Vitae S. Colum- „ bae Abbatis scriptor, et ipse postea Hyensis Abbas „ an. 657. obiit an. 669. scilicet post medium secu- „ lum VII., ac proinde circa finem eiusdem, profecto „ Cardinalis noster non male coniicit, nomen cam-

homines huc illuc dispersos cogere,

,, panae grandioribus tintinnabulis circa finem seculi ,, VII. impositum fuisse, cum Cummeneus campanae ,, nomen adhibens videatur primus, qui hoc vocabu- ,, lo usus sit : neque enim alius antiquior vitarum ,, scriptor idem pro signi-cando tintinnabulo adhi- ,, buisse legitur, qui, si extaret, utique Pagio pro- ,, ferendus incumberet. Nec item S. Columba ibi di- ,, citur ita hoc campanae nomen expressisse, qui ,, forte tintinnabuli, signi, aut clocchae vocibus tunc ,, communiter in Ecclesia usitatis loquutus est, uti ,, constat ex antiquis Ritualibus etiam post seculum ,, VIII. exaratis, in quibus campanae nomen non ,, legitur, sed dicta tantum vocabula exprimuntur, ,, quemadmodom de S. Andoeno ejusdem seculi scrip- ,, tore Vitae S. Eligii ostendit Cardinalis noster : atque ,, ex Gregorio Toronensi, qui non alio nomine quam ,, signi campanam vocat. Cummeneus itaque quanvis ,, primus huiusmodi campanae nomen tintinnabulo ,, tribuerit, quod tamen non statim ubique receptum ,, fuit, uti ex mox indicatis Ecclesiarum Ritualibus, ,, aliisque posterioris aevi scriptoribus constat, qui ,, adhuc VIII. seculo, et nonnulli etiam IX. primige- ,, nia retinuere vocabula, non officit, quin circa fi- ,, nem seculi VII. id nomen audiri, et usurpari à fi- ,, delibus coeperit, atque VIII. ac IX. apud omnes ,, diffusum fuerit,,. Quam porro quaestionem, cu- ius definitio nobis impraesentiarum est minime neces- saria, in tanta incertitudine, ac virorum doctorum dissensione in medio relinquam. Majora vero tintinnabula hoc campanarum nomine appellata fuisse dicit Walafri- dus Strabo *loco cit. cap.* 5. a Campania, ubi primum reperta fuisse autumat ,, Unde et a Campania (ar- guit ipse) ,, quae est Italiae Provincia, eadem vasa ,, majora quidem *campanae* dicuntur ; minora vero,

atque invitare ; idcirco id vulgari cui-

„ quae et a sono tintinnabula vocantur, nolas appel-
„ lant à Nola ejusdem *Civitate* Campaniæ, ubi ea-
„ dem vasa primo sunt commentata „. Et Honorius Augustodunensis *in Gemma animae lib.* 1. *Cap.* 142. *Col.* 1218. *apud Hittorpium cit. Editionis* „. Signa
„ (inquit), quae nunc per campanas dantur, olim
„ per tubas dabantur. Haec vasa primum in Nola
„ Campaniae sunt reperta, unde sic dicta. Majora
„ quippe vasa dicuntur campanae à Campaniae regio-
„ ne ; minora Nolae a Civitate Nola Campaniae „. Cujusmodi etiam errarunt Anselmus *Dialogor. lib.* 3. *cap.* 16. apud *D' Archery in Spicil.*, Guillelmus Durandus *in Ration. divin. Offic. l.* 1. *c.* 4. *n.* 1., *et c.* 20. *n.* 1., Binsfeldus *in Tract. de confesion. malefic. conclus.* 7. *dub.* 6., *Joh. Fungerus in Etymol Triling. V. Campana*, Auctor *Tract. de benefic.* 1. *p.q.* 5. *n.*82., Petrus Messia in Opere, cui titulus *Selva di varie lezioni P.* 2. *c.* 9., Baronius *l. cit. n.* 104. *To.* 1, *pp.* 252., *et* 253., Majolus *dier. can. To.* 1. *pp.* 252. *et* 253., Perronus, et Perricardus in suarum *Dioecesum Ritual. pag.* 4. *Tit. de Campan. instit.*, *usu*, *ac benedict.* §. 4., Grimaudus in *Traité des Cloches*, et in fin. suaæ *Liturg. Sacr.*, Souchetus In *Observat.* ad *Vit. S. Bernardi Tiron. ad c.* 8. *p.*177, Octavius Ferrarius in *Origin. ling Ital. V. Campana p.*83., J. Grancolas in *Comment in Brev. Rom. l.* 0, c. 22., et Card. Bona *Rer. Liturg. l.* 1. c. 22. §. 4., Belethus in *Explic. div. offic. c.*24., M Ant, Surgentis in *Neap illustr. c.* 11. *n.* 35. Quibus, si fidendum sit Kirchero, adiici quoque debet Polydorus Virgilius. Quippe qui „ notat (ut ille ait in *Musurg. univ. l.* 6, *p.* 4. *c.* 2. *To.* 2. *pp.* 5 9 *et* 520. campanam) „ in Campania primum inventam esse, unde
„ et in hodiernum diem ei nomen aeris campani

dam errori occasionem dedit, cuius vi

„ manserit, et tintinnabulo nomen Nolae „. Sed hunc Virgilii locum invenire non potui. Campanarum nomen inde petitum fuisse putat Bernardinus Ferrasius *de ritu sacr. Eccl. vet. concion. l.* 1. *c.* 7. *p.* 33. *edit. an.* 1731. „ quod in urbe Campaniae Nola „ primum reperta sint tintinnabula, aut saltem coe-„ perint fieri grandiora „. Verum hoc est falsum. Quoniam apud veteres Hebraeos, aliasque gentes Campano populo antiquiores tum majora, tum minora haec tintinnabula fuerunt in usu, ut in hoc nostro opere fuse lateque probabitur. Hieronymus Magius de *Tintinnabulis cap.* 1. *p.* 24. *Editionis Hannoviae ann.* 1608. in peculiarem concedit de *Campanae* nominis origine sententiam. Aliorum nanque opinionibus recensitis, sic loco cit. ait. „ Ego, quod „ *Campanae* vocabulum in antiquis scriptoribus mi-„ nime legatur . . . . Gothicam vocem, vel „ ab artifice Campanarum praecellente, (cui et ipse quo-„ que Bernardinus Ferrarius *ibid.* assentitur) cum fre-„ quens Nolarum, sive Tintinnabulorum majorum usus in „ Ecclesiis esse, et Coenobiis coepisset *Campanam* di-„ ctam fuisse censuerim. Suum tamen (et bene „ quidem addit: nam verior non est hujusmodi senten-„ tia) hac in re cuique judicium liberum esto „.

In quem porro vehementem errorem ne quis incidisse putet Isidorum, dum *Etymol. lib.* 16. *cap.* 25. ait „ Campana a regione Italiae nomen accepit, ubi „ primum ejus usus repertus est „. Quoniam de trutina campana, veluti ex ejusdem immediate sequentibus apparet verbis, loquitur Isidorus: „ Haec duas „ lances non habet (inquit), sed virga est signa-„ ta libris, et unciis, et vago pondere mensuratur. „ Unicuique autem ponderi certus est modus nomini-

homines historiae, ac antiquitatis peni-

„ bus propriis designatus „ . Perinde ac Horatii Scoliastes nonnisi de vasibus campanis loquitur, tum cum ad illum versum *Satyr. lib.* 1. *Sat.* 5. „ . . . . . adstat Echinus vilis cum patera gut- „ tus campana suppellex „ ita subiicit „ Campa- „ na ; quia Capuae hodie studiosius aerea vasa fabri- „ cari dicuntur „ .

Sed ingeniosa quidem est, adeoque non reticenda hac de re Joannis Argoli opinio „ Campana (inquit ipse in *Notis* sd Opus de *ludis Circensibus Honuphrii Panvinii Not.* 57. *cap.* 17. *pag.* 207. *To.* 9. *Thesauri Antiquitat. Roman.* collecti a Georgio Graevio *Editionis Venetae*) „ non quidem a Campania (Nuga), sed quod illud aes καμπτόμενον, reflectatur, „ dicitur : Erat praeterea in medio virgula ex ferro, quae „ *Ballematia* diceretur, inde nobis corrupte *Mazza* o „ *ballonchio della Campana*, quia βάλλεται agitatur, „ et ob id ballare est χεῖρας βάλλειν *manus jactare*, „ dixit Propertius . Ne quaerant igitur viri docti, „ quid sit *Ballematria virga* apud Petronium, ex „ nempe, qua sive cymbala, sive sistra quaterentur. „ Sed ad Juvenalem de hac re uberius . Non dissimi- „ le Κώθων est poculum rotundum labro interius re- „ curvo, quo Spartani milites utebantur . Adi de „ ipso Plutarchum in Lycurgo . Veneti vocant *gotto* „ ab hac origine „ .

A cymbalis campanas idcirco petiit Salomon Van Til in Opere inscripto *Cantus Poeseos nec non sonandi facultas tum veterum, tum praesertim Hebraeorum ex tenebris antiquitatis novae luci proposita Part. I. Cap.* 6. apud Ugolinum *Thesaur. Antiquit. sacr. Vol.* 31. *pap.* 272., quia „ materiam, quod concernit, ex „ qua sint composita (cymbala sicuti ait) pro- „ babilius talis fuerit, de qua nostrae factae sunt

tus ignari arbitrati sunt illarum inven-

„ campanae seu ex metallis mixtis „. Aliam vero campanae originem commentus est Ger. Joh. Vossius „ Campana (inquit in *Etymolog. Ling. Lat. V. Campana To. I. pag.* 137. *col* 2. *Ed. Neapol. an.* 1762.) „ forte a Καπάνη inserto M., quomodo a Syro *Sa-* „ *din* est *Syndon a tappin tympanum* etc. Καπάνη „ proprie, Hesychio teste, est τριχίνη κυνῆ *galea e pilis* „ inde dicta fuerit campana, quia forma ejus a „ Campana non abluderit, nisi potius dicendum Καπανης „ vocem extensam ad *galeas aereas* : has autem loco „ *tintinnabuli*, solitas pulsari, atque ab hac consuetu- „ dine campanae nomen originem traxisse „. Non secus ac flores eadem forma praeditos *campanas* appellant Bottanici. Hanc tamen etymologiam perinde ac aliam vanam, et argutam magis quam veram esse ipse ingenue fatetur Vossius. Ita enim is immediate subiicit „ Sed „ metuo, ne, quae hactenus diximus, plus argutia- „ rum habeant, quam veritatis. Quippe qui plane „ puto *campanae*, addo et *nolae* vocabulum a poste- „ riori esse saeculo, etsi res sit admodum vetus. Nam „ et veteres *aeris*, *tintinnabuli*, ἠχεῖα χαλκεῖα, aliisque „ vocabulis nominarunt. Primus autem putatur (veluti pergit, in quo ei concinit Hadrianus Junius *Animadv. lib.* 3. *cap.* 11.) „ Paulinus Nolanus Episcopus „ Hieronymi aequalis in Ecclesia sua ad pios usus „ transtulisse, ut nempe ejus pulsu, qui longius „ abessent, ad conciones, vel preces sacras convo- „ carentur. Atque hinc etiam factum creditur, ut a „ regione quidem *campanae*, à civitate autem *nolae* „ nomen imponeretur „.

Duas plane diversas hujus nominis caussas conjicit Auctor Opusculi, cui titulus *Recueil curieux et edifiant sur les Cloches de l'Eglise cap.* 2. *pagg.* 17. *et* 18., quanquam in hujus ejusdem vocis origine inquirenda

tionem Christianis esse adscribendam.

communem non omnino reiiciat errorem. „ Depuis (in„ quit) vint l'usage des Cloches, qu' on nomme en „ Latin *Nolae et Campanae*, parceque l'on croit, que „ les premieres ont été inventées et fabriquées a No„ le ville située au Royaume de Naples dans la Pro„ vince nommée en Latin *Campania*, Campanie, „ campagne de Rome, terre de labour, et dont S. Pau„ lin a été Eveque. On peut neanmoins douter, si „ les Cloches n'ont point ete appellées *Campanae et* „ *Nolae*, non, parcequ' elles ont été inventées, et fa„ briquées à Nole, ou dans le Campanie, mais parce „ qu'on à trouvé dans la campagne d' Italie la ma„ niere de les suspendre, et de les balancer, com„ me l'on fait, ou bien parce qu'on les a suspendues „ et balancées ainsi sur le modele d'une balance in„ ventée, ou usitée dans la campagne d'Italie: car „ on trouve dans Nicetas Choniates un contrepoids „ ou balance appellée en Latin *Campana Statera*, et „ en Grec Καμπανεζειν pour *ponderare* peser „. Quam porro sententiam dubitanter adscivit etiam Selvaggius *Ant. Christ. l.* 2. *c.* 3. §. 6. n. 16. To. 3., licet superius dubitanter quoque asseruerit, Campanas ita fuisse appellatas „ quod in Campania „ primum inventae sint „.

Verum ut aliquid, si tamen licet, in tanta virorum eruditorum dissensione definiam, probabilius fortasse maiora tintinnabula *Campanae* dicta mihi videntur ex aere Campano, quo ea confici temporis successu putabantur. Nam licet Plinius *Hist. natur. l.* 34. *cap.* 2. Corinthium aes omnibus aliis praeferat, *capite* tamen 8., vel quasi mutata sententia, vel quod Corinthium aes non sit adeo purum, ut Campanum, sed commixtio plurium metallorum, ait, quod debeatur „ in reliquis palma Campano „ scilicet aeri. Atque

ideo ex eodem Plinio Isidorus lib. 16. *Originum cap.* 19. ait „ Campanum inter omnia genera aeris vocatur a „ Campana Provincia, quae est in Italiae partibus, „ utensilibus, et vasibus omnibus esse probatissi- „ mum „. . „ Campana denique (apposite ait Augelus Rocca in *Commentario de Campanis cap.* 2. *verbo Campana pag.* 160, *To.* 1. Operum Editionis Romanae an. 1745. „ a Campania Italiae regione, sicut *Nola pro Campa-* „ *na* ab ipsa ejusdem regionis *Nola* Campaniae Civitate „ ita vocitata nomen traxisse creditur, praesertim vero „ propter aes Campanum, cui Plinius palmam tribuit, cum „ ex eo et ollae, ac lebetes aenei, et campanae con- „ flectur. Aes nanque Campanum optimum inter omnia „ aeris genera esse censetur, ut ait Isidorus in *XVI.* „ *Etymologiarum*, sive *Originum libro capp.* 19. *et* 24.) „ in quo etiam campanam ab eadem regione Italiae „ nomen accepisse scribit. Istuc ipsum Joannes Fun- „ gerus in Etymologico trilingui (in Voce *Campana*) „ scriptum reliquit. *Campana* igitur ita vocitata no- „ men sibi sortita censetur *a Campania*, vel ab ali- „ qua *civitate Campaniae*, sive sit Nola, ut alii vo- „ lunt: vel, ut Magius (c. 1. de Tint.) ait Temesa, „ sive Tempsa aeris fodinis olim nobilitata. Quare „ ob aeris dicti loci, ut diximus, praestantiam aera „ quasi per antonomasiam *Temesaea* dicebantur, ut „ ex *libro* 5. *Fastorum* Ovidii patet dicentis, *Teme-* „ *saeaque concrepat aera*. Eamdem item ob caussam „ aeris videlicet Campaniae vim, aut excellentiam, aes „ Campanum antonomastice dicebatur „. Quibus Ferrarius de *rit. conc. ibid.*, Schurtzfleischius in *Contr. ant. eccl. n.* 14. §. 7. assentiuntur. Aliis etiam designandis rebus Campanae nomen adhibitum quandoque fuisse prae aliis expresse tradit *loc. cit.* Isidorus, qui, veluti ex nuper allatis ejus clare, aperteque patet verbis, *Campanae* vocabulo unius lancis trutinam „ quae constat scapo (ut ait loc. cit. „ Vossius) notis distincto discrimina librarum indi-

„ cantibus „ designari etiam consuevisse perhibet. Eadem habet Joseph Laurentius in *Amalthea Onomastica* inquiens „ Campana, statera virga signata libris, „ sine lancibus „..„ Bilances tamen etiam dicimus, (subiicit Octavius Ferrarius in *Originib. Ling. Ital. V. Campana*) „ fatte a campana, id est concavas et depres- „ sas „. Ac „ ut eam recenset Bernardus De Montfaucon in opere inscripto *l' Antiquité expliquée To 3. P. 1. lib. 4. cap. 13. sub num. 4. pag. 169.* „ Erat aliud „ staterae genus, cui nomen *Campana*, quia in Cam- „ pania Italiae provincia reperta fuerat, ut ait Isido- „ rus. Erat virga ferrea libris, unciisque notata: eam „ hodie Romanam vocamus „. Quam et memorat Au- „ ctor Opusculi *Recueil &c.*, cujus verba exscripsimus p. XI. *in Adnot.* In Italia non modo, sed alibi etiam, scilicet in Graecia huiusmodi stateram Campanae nomine appellatam fuisse constat. Quoniam apud sequiores etiam ipsos Graecos Scriptores, cum haec vox eos quoque pervasit, καμπανὸς *statera* significatur, καμπανίζειν, *statera ponderare*, unde παρακαμπανίσμα *injusta ponderatio*, et παρακαμπανίζειν, *injuste ponderare*, cuiusmodi tum Acmetis in *Oneirocriticis C.* 15., tum Glossarum et Graeco-Latin., quae Cyrillo tribuuntur, et Arabico-Latin., tum Nicaetae et in *Alexio Angelo l.* 3., *et de imperio Andronici l.* 2., tum Myrepsi in lib. *de Malagm. C.* 21. loca evidenter ostendunt. Quin et in Diplomate Andronici jun., quod extat apud Phranzen *Chronici l.* 3. *C.* 24. καμπανιστικὸν dicitur id, quod libripendi, sive publico ponderum praefecto solvebatur. Atque in ipso etiam Italico *Cruscae* Lexico campana principio recensetur tanquam „ strumento di metallo fattó a guisa „ di vaso, il quale con un battaglio di ferro sospesóvi „ entro si suona à diversi effetti come à adunare il „ popolo, a udire i divini Officij, a Magistrati, e simili cose = . Ac deinde ibidem subiicitur = Cam- „ pana si dice anche à un vaso di piombo fatto a

,, guisa di campana per uso di stillare con un beccuc-
,, cio presso al fondo lungo, e torto, d'onde esce il li-
,, quor, che distilla. Campana dicesi per similitudine
,, a un vaso di Cristallo, o simile fatto per difendere
,, dall'aria, o dalla polvere le minute, e gentili fat-
,, ture ,, . *Sed* et vocabulum *nolae* perinde ac illud *Campanae* veteribus erat incognitum. Orator quidem Coelius, qui aetate Augusti vixit, apud Quintilianum *Institut. orator. l.* 8. *C.* 6. *edit. Comm. pag.* 455. *To.* 2. hoc idem usurpavit eo in proverbio, scilicet
,, quadrantariam Clytemnestram, in triclinio coam,
,, in cubiculo nolam ,, . Sed alio plane in sensu. Quamvis enim Coelius Rhodiginus *lib.* 9. *c.* 11. per *coam* intellexerit *bibacem a coa* mensurae genere, et per *nolam* innui putaverit *garrulam* ac *sonoram* instar nolae seu tintinnabuli, is tamen vehementer fallitur. Perinde ac siquidem verbum *coa* a coeundo, illud aliud *nola* non quidem ex civitate Nola, ut recte animadvertit Thiers in *Traité des Cloches C.* 1. *pag.* 12., sed a nolendo est petitum, atque adeo neque campanam significat, neque mulierem instar campanae resonantem, sed, ut praeter Douza *Epigramm.* 11. *l.* 4. *Solinat.* observat Alciatus, in sensu plane inhonesto sumitur. ,, Sed pulcherrimum (inquit *Parerg. jur. lib.* 2. *c.* 2. *Opp. edit. Basil. anni* 1582. *To.* 3. *pag.* 327.)
,, apud Fabium Quintilianum lib. 8., ubi Caecilii (Coelii)
,, quoddam aenigma commemorat, qui Quadrantariam
,, Clytemnestram dixerit in triclinio coam, in cubi-
,, culo nolam. Exercebat haec mulier artem balneariam,
,, unde a quadrante, qui balneatoribus dari solebat,
,, Seneca, Juvenaleque auctoribus, quadrantaria vi-
,, detur dicta: caeterum loquax, quae tamen praeter
,, linguam nihil meretricium haberet: in triclinio seu
,, convivio erat coa, tamquam coitum petenti nemini
,, abnueret: in cubiculo vero nola a negando. Lusus est
,, autem a duabus civitatibus Cio et Nola, sicque in-
,, terpretandum duxerim, licet alii aliter, nolam ipsam ad

„ tintinnabula referentes„ . Quam porro interpretationem peritioribus inhaerens Grammaticis probavit prae aliis Vossius *Instit. orator. l.* 4 *c.* 11. §. 5. ita subiiciens „ Qui „ (scilicet Alciatus et Douza) recte viderunt attendi „ ad nolendi et coeundi voces , ut Nola sit , quae „ coire nolit , coa, quae non abnuat coire „ . „ Nam (quemadmodum Rhodiginum refellens inquit in *Etymol. ling. Lat. V. Campana pagg.* 99.) „ *coae* , et „ *nolae* voces hic a coeundi , et nolendi verbis no- „ ve sunt confictae , planeque eo aenigmate signa- „ tur foemina, quae, ubi extra cubiculum foret, paratam „ se simularet ad coitum , seu venerem , sed ut in cu- „ biculo staret , dictis adduci nequaquam posset „ . Aliter profecto illud idem aenigma interpretatur Adrianus Turnebus , cui assentitur Henricus Salmuth in *Notis sive Commentariis ad Pancirollum Rerum memorabil. lib.* 2. *tit.* 9. *pagg.* 163. *et* 164. *Edit. anni* 1660. Sic enim *Adversar. lib.* 3. *cap.* 19. ille loquitur „ Cum „ autem Ausonius Epigr. 74. de foedissima (cuiusdam „ foeminae nomine Crispae) Venere scribit .

„ *Et quam Nolanis capitalis luxus inussit* .

„ satis indicat in illo aenigmate , In triclinio coa , in „ cubiculo nola , obiici Clodiae oris obscoenitatem , et „ omnem infandam libidinem , qua notati sunt Nola- „ ni : ut cum libidinosa , et lasciva esset in convivio , „ et quaedam Venus Coa , in cubiculo à nulla obscoe- „ nitate abhorret „ . Nolae tamen nomine non quidem tintinnabulum , sed , veluti clare aperteque patet , Nolanorum intelligit libidinem . „ Nondum tamen nos (cum Burmanno in *Not. ad cit.* Quintiliani locum ad verba *in cubiculo nolam To.* 2. *p.* 747. *Edit. Lugd. Batav. anni* 1720. ego concludam) „ rectum sensum „ aenigmatis huius percepisse puto ; et an Nola pro „ tintinnabulo jam eo tempore fuerit in usu , nescio „ . Illum autem , qui primus omnium vocabulo *nola* tintinnabulum significare voluerit , putat Thiers in *traité des cloches c.* 1. *pp.* 13. *et* 14. fuisse Avienum , vel potius

II. Joannem Tortellium (1) tanquam praecipuum hujus erroris assertorem acriter reprehendit Galeottus Martius (2), indeque Magius (3), Pitis-

ut censet Cannegieterus, Avianum, cuius locus à nobis affertur c.9 p.6.n.384.*Adn*.3., et qui floruit sub Ethnicis potius imperatoribus, ac inter eos vel sub Diocletiano, ut placuit Crinito de *Poet. Lat. l* 5. *c*. 79., vel sub Antoninis, ut idem coniecit Cannegieterus in *diss. de aetate et stylo Aviani c* 15., quae extat im calce Opp. Aviani, qui tamen cc. 7. 14. 15. et. 16. eius diligenter inquirit, ac expendit aetatem quam sub Christianis imperatoribus nimirum sub Theodosio, ut visum est Ramirez de Prado in Notis in Adversar. Luit-pran pp.491. et seqq., Hallervord *in Biblioth. Curios. p.* 361., Thiers *loc. cit. p.* 14., vel sub Gratiano et Theodosio, veluti sensit Selvaggius *Ant. Christ. l.* 2. *c*. 3. *Nota* 15.

(1) *In Tractatu de Orthographia Art. Horologium*.

(2) *In libro de doctrina promiscua cap.* 28. *pag.* 291. editionis Florentinae anni 1548., ubi sic loquitur „ Tintinnabula etiam in Svetonio in vita Au„ gusti surdaster Tortellius non audivit, aes Cam„ panum, quod Campania invenit, unde Campanae „ tintinnabula dicuntur, rerum ignarus conjectare „ nequivit: sed si, quem aliquando nominat, Avi„ cennam vidisset, succurrisset ei prò tintinnabulo „ nolam positam, Nola enim Campaniae est urbs, „ quasi Campano aere constantem, Follem autem, ut „ in Martiale saepe legimus, audivit nunquam, ne„ gat enim tales orbes scorteos, ut pilas, quae in„ flantur, reperiri „.

(3) *In libro de Tintinnabulis cap.* 1. *pag.* 25. *Edit. Hannov. anni* 1608.

cus (1), et Sala (2). Eum quidem deinde quasi resipiscens idem excusat Magius inquiens, (3) „Quanquam fortasse Tortellius „ sensit de campanae, quem sua aetate „ conspiciebat, usu, scilicet (4) in tem-

(1) *In Lexicon Antiquitatum Romanarum To. 3. Art. Tintinnabulum.*

(2) *In Notis ad Bona To. 2. Not. 5. ad p. 133.*

(3) *Lo. cit.*

(4) Campanas apud Christianos ipsis turribus Ecclesiarum impositas fuisse autumant et Magius *Cap. 2. pag* 28 et Baronius loc. cit., et Bona *rer. Liturgic. lib. 1. Cap. 22. § 5.*, tum cum Ethnicorum principum furor in Ecclesiam saevire desiit, licet ingenue profiteantur, se penitus ignorare annum, quo id contigerit, quem certe nec nobis monumentorum inopia definire licet. Quod tamen factum illico non est. Secus enim dicendum foret, hoc peractum fuisse, simul ac pax à Constantino M. universae Ecclesiae reddita est, quod falsum est: cum nonnisi à Saeculo Ecclesiae VI. Campanas in Ecclesia adhiberi coepisse probaverimus *p. IV. et seqq. in Adnot.* Prima quidem Ecclesia, cui Campanariam Turrim impositam fuisse legatur, est illa, veluti narrat Mabillonius in *Annal. Ord. S. Benedicti lib. 25. anno Christi* 780., est illa Monachorum Benedictinorum Corbejensium in Gallia. Sed quoniam id *de more* factum fuisse adjicit Mabilionius, huiusmodi Turres in Christianam Ecclesiam jampridem invectas fuisse pandit. Quapropter cum legatur apud Anastasium *pag.* 102. *To.* 3. *Edit.* Romanae anni 1755. factae cura Joannis Vignolii in *Vita* Leonis IV., qui Ecclesiam rexit anno Christi 847 „Fe-„ cit (scilicet Leo) (verba sunt Anastasii) in Eccle-„ sia S. Andreae Campanile, et posuit Campanam cum „ malleo aereo, et cruce exaurata „: minime putandum

„ plorum turribus: quod si verum sit, „ eum ego a Galeotti nota defendendum „ puto: nam huiusmodi turres tintinna- „ bulis sonoras veterum Christianorum, „ vel etiam Ethnicorum templa ha- „ buisse antiquitus minime legimus „. Sed si quodammodo interpretanda, et excusanda foret Tortellii mens, eum de campanis potius, quae pro designandis horis hodie horologiis impositae conspiciuntur, sermonem habere voluisse arbitror. Quippe qui non de templis, at de horologiis loquens ita subiici (1) „ Nam „ non solum horam oculis ostendit, ac „ praescribit (horologium), sed et au- „ ribus procul, et domi manentium nun- „ tiat campana, quae superimposita est, „ numerum distinguente. . . . . . „ novum tamen inventum est, simili- „ ter et campana „.

III. Vulgarem tamen illum errorem plane adscivit Guido Pancirol-

est, quemadmodum perperam arbitratus est Flavius Blondus *Romae instauratae lib.* 1, *num.* 56, hanc eamdem „ omnium primam (veluti ait) in orbe terrarum „ fuisse.

(1) *Loc. cit.*

lus (1) ab Henrico Salmuth (2) propterea emendatus, qui campanas à Paulino Episcopo Nolano circa annum Christi CCCC. repertas fuisse confidenter asserit à pluribus etiam recentioribus sequutus Scriptoribus, quorum, nomine reticito, meminerunt Bona (3), et Gorius (4), et quorum tamen alii campanas non quidem a Paulino primum inventas, sed potius velut idem tradit Bona (5), „ earum usum a Gentilibus acceptum (perinde ac Vossius (6) etiam, Hadrianus Junius (7), et Bernardinus Ferrarius (8) conjecerunt) „ ad „ Ecclesiam ab eodem translatum autu„ mant, sive minora duntaxat tintinna„ bula, quae jam ubique in usu erant,

(1) *Rerum memorabilium lib. 2. tit. 9. pag. 158. Edit. Latinae cum Adnotat. et Commentar. Henrici Salmuth anni* 1660. (2) *Ibidem pagg.* 158. *et* 159.

(3) *Rer. liturg. l. 2. c. 22. §. 3.*

(4) *In Exposition. in monum. sacra eburnea* edita à Passerio in calce *T. 3. Thesauri vet. Dyptych. p.* 30. *Tab.* X., ubi haec habet „ At vero Latinorum campa„ nae, quarum inventum D. Paulino Nolae Episcopo „ vulgo attribuitur „.

(5) *Ibidem*. (6) Loco allato *pag. X. in Adnot.*

(7) *Animadv. l. 3. c. 11.*

(8) *Loc. cit. pag.* 35.

„ Ecclesiae tradiderit ; sive ab his de„ sumpta forma, majora confici curave„ rit „ . Utramque porro modo recensitam opinionem ideo etiam reiicit, ac refellendam aggreditur Bona, quod „ ne„ mo veterum Patrum, qui res Paulini „ accurate prosequuti sunt, (cuiusmodi „ quoque animadverterunt Franciscus „ Pagius (1), et Azevedo (2)) hanc memo„ rabilem eius inventionem laudat, vel „ attingit ; unde fit (veluti pergit) „ ut huic assertioni aegre assensum proe„ beam, quae nullo legitimo teste mu„ nita est . Auget scrupulum ipsemet „ Paulinus, qui Epist. 12. ad Severum, „ conditam a se Basilicam, et singulas „ ejus partes describens, nullam tamen „ campanarum, sive turris campanariae „ mentionem facit, cum alia nihilomi„ nus minora aedificia exacte comme„ moret „ . Cuius porro erroris originem inde idem ducit Bona quod „ for„ tassis sciolus quispiam, (veluti „ ait (3)) cum illa apud Strabonem (a

(1) *In Brev. Gest. Pont. Rom. T. 1. p. 379.*
(2) *Ibid.* (3) *Ibid. p. 131.*

„ nobis superius (1) exscripta) legis„ set, de suo addidit Paulinum, qui „ Nolae in Campania Episcopus fuit, „ campanas, et nolas in Ecclesiam in„ duxisse, et hoc commento sequio„ ris aevi scriptoribus fucum fecit. „ Quisquis autem fuerit (scite atque „ apposite concludit (2)) qui hoc Pau„ lino primus adscripsit, cautius pro„ cessisset, si campanae, et nolae vo„ cabula Paulini saeculo, et aliquot „ sequentibus inaudita fuisse conside„ rasset. Res sane vetus est, sed vox „ recentior „.

IV. Rocca (3) vero hactenus refutatam sententiam caeteris ideo probabiliorem esse autumat, tum quia Paulinus fuit Episcopus Nolae, a qua tintinnabula dicta esse ait *Nolas*, *campanas* autem á Campania, quod nos superius (4) refellimus, tum maxime quia, Magio (5) praesentim praeeunte, credidit, Hieronymum Paulini coaevum campanae

(1) *Pagg. VI. et VII.* ibique in *Adnot.* (2) *Ibid.*
(3) *De Camp. c. 1.*
(4) *PP. VIII. et seqq. in Adnot.*
(5) *De tint. c. 1. pp. 23. et 24.*

mentionem injecisse. Sed is est *Regulae* Monacharum, cujus *Capp.* 33. *et* 39. *campanae* usurpatur vox, perperam, ut saniores norunt, ac ostendunt (1) Critici, Hieronymo tributae falsa inscriptione deceptus. Qua de re tum à Bona (2), tum a Sala (3), tum ab aliis pluribus, veluti observat Azevedo (4), merito reprehenditur Rocca.

V. Recens etiam quidam Gallicus Scriptor (5) licet (6) minora tintinnabula etiam pervetustis Hebraeis, ac Ethnicis in usu fuisse fateatur non modo, sed et ostendendum aggrediatur (7), falsae tamen nunc recensitae opinioni non omnem abjudicat fidem, et, quantumvis dubitanter, subiicit (8), non videri majora tintinnabula scilicet campanas longe ante sextum Ecclesiae saeculum adhiberi coepisse. Quem profecto er-

(1) Consulendi prae aliis sunt Ferrarius *de ritu conc.* l. 1. c. 7. pp. 34. et 35., et Sala *loco* mox citando.
(2) *Rer. lit. l.* 1. c. 22. §. 3. *To.* 2. *p.* 130.
(3) *In Not.* ad loc. cit. Bona *Nota* 2. *p.* 130.
(4) *Loco cit.*
(5) In Opusculo, cui titulus *Recueil curieux, et edifiant sur les cloches de l'Eglise. à Cologne* 1757.
(6) *Ibidem cap.* 2. *pagg.* 21. *et seqq.*
(7) *Ibid.* pag. 17., cujus verba exscripta leguntur *pp. X. et XI. in Adnot.*
(8) *Ibidem p.* 20.

rorem ne satis quidem olim cavisse videtur Josephus Vicecomes. Quippe qui aes Campanum VI. circiter Ecclesiae saeculo apud Christianos invectum fuisse asserens (1), aliquem „ exigui aeris sonum „ apud Hebraeos et Ethnicos antea viguisse ait, et probandum aggreditur (2). Quibus sane cum crebrum non solum huiusmodi soni, sed et omnem majorum tintinnabulorum apud hosce is penitus excluserit usum, eumdem item vehementer errasse tum antiquorum scriptorum loca, tum pervetusta monumenta deinceps afferenda evidenter ostendunt. Sic etiam nec probari possunt Walafridus Strabo (3), et Martinus Gerbertus, qui eum iisdem quasi exscribens verbis, majorum tintinnabulorum „ usum non adeo apud anti-„ quos habitum „ fuisse censet (4); „ additque (5), quod „ eorum usum „ primo apud Italos affirmant inventum „.

(1) *Observ. Eccl. l.* 1. *c.* 25. *To.* 1. *p.* 133.
(2) *Ibid.*
(3) *Rer. Eccl. c.* 5.
(4) *De Cantu et Mus. sacra l.* 3. *c.* 13. §. 12. *To.* 2.
(5) *Ibid.*

Cuiusmodi etiam errasse videtur Julius Barbaranus (1). Quae porro falsissima esse, clare aperteque patet.

VI. Alii quoque non defuerunt, qui, recensito Gallico Scriptore (2) perhibente, campanarum inventum recens fuisse autumarunt.

VII. Sed maximam certe ingerit admirationem, in hoc praefiniendo antiquitatis capite ipsum quoque lapsum item esse Honuphrium Panvinium virum caeteroquin doctissimum, et eruditissimum. Quippe qui de Sabiniano Pontifice loquens, non secus ac Genebrardus (3), et Ciacconius (4), ait (5) „ Hic Papa campanarum „ usum invenit, jussitque, ut ad „ horas canonicas, et missarum sa-

(1) In sua *Officina* seu *Promptuario rerum electarum To.* 1. *sub tit. Annotationes p.* 330., ubi sic loquitur, „ Campana, quae nunc appellatur, jam tintinnabulum simili vocis vel soni nomine dicitur. Prisco erat in usu, non tamen frequenti, ut hodie, novum non est inventum, ut opinantur plerique omnes „. (2) *Ibidem*.

(3) *In Chronico ad an. Christi* 1604.

(4) *To.* 1. *de vitis Rom. Pont.*

(5) *In Epitome Summorum Pontificum*.

„ crificia pulsarentur in Ecclesia „. Cuiusmodi et Polydorum Virgilium sensisse, ac errasse perperam asserunt Bona (1), et Azevedo (2). Quippe qui nihil aliud ait Virgilius, nisi „ quod (ut ipsa eiusdem „ exscribam verba (3)) tintinnabulorum „ sono populus invitatur, vocaturque „ ad sacra audienda statis diei horis, „ Sabiniani, qui Gregorio successit, „ hoc decretum est „. Sabinianum eo in sensu campanarum auctorem quodammodo videri posse suspicatur Hospinianus (4) quod „ nimirum „ earum usum Romae primus (in rebus scilicet Christianorum sacris, si tamen verum sit) „ instituerit et receperit „. Nec revera ullam huius inventi mentionem iniicit Anastasius in hujus Pontificis vita. Ac proinde se nescire apposite inquiunt Bona (5) et Azevedo (6), à quo id acceperit, vel didicerit Panvinius. Ego autem cum Bernardino Ferrario (7) „ affirmarim,

(1) *Rer. Liturg.* l. 1. c. 22. §. 3. (2) *Loc. cit.*
(3) *De rer. inv.* l. 6. c. 12.
(4) *De Templis* l. 2. c. 26.
(5) *Ibidem.* (6) *Ibid.*
(7) *Loco cit.* pp. 35. et 36.

„ adductos Auctores ; qui hujus Ec-
„ clesiasticae consuetudinis originem
„ a Sabiniano trahunt , hoc duntaxat
„ sensisse ; receptum jam in Eccle-
„ sia morem , fuisse deinde Sabi-
„ niani Constitutione firmatum ; que-
„ madmodum allata Polydori verba
„ sonare videntur ; seu potius , id quod
„ ex citatis Panvinii et Ciaconii locis
„ facile colligitur , Sabinianum primo
„ decrevisse , ut ad horas canonicas , et
„ ad Missarum solemnia pulsarentur
„ campanae . Nisi forte dicere malimus
„ cum Martino Polono , id primo sta-
„ tuisse Sabinianum , ut horae diei per
„ campanae pulsum ex Ecclesia populis
„ indicarentur . Poloni verba de Sabi-
„ niano agentis ea sunt in suis suppu-
„ tationibus ad ann. Christi 604. *Hic*
„ *constituit , ut horae diei per Eccle-*
„ *sias pulsarentur* . Ad quae respiciens
„ *Platina ait : Sabiniani hoc fuisse*
„ *institutum ferunt , ut et horae in*
„ *Ecclesiis distinguerentur officii gra-*
„ *tia* „ . Ac proinde vehementer falli-
tur Durantus (1) a Schurtzfleischio (2)

(1) *De Rit. Eccl. Cathol. l. 1. c. 22.*
(2) *Loco cit. §. 4.*

sequutus, qui seeculo VII. campanarum usum invectum in Ecclesiam primum fuisse autumat. In quem profecto errorem lapsus quoque videtur Azevedo, dum Cardinalis Bona (1) quasi exscribens verba ita subiicit (2) „ unde VII. et VIII. „ saeculis nomen *campanae* grandiori- „ bus impositum tintinnabulis apud „ omnes diffusum est „.

VIII. Pervetustum ergo illum, et vulgarem de recentiori campanarum inventione convellendum errorem in illa publica oratione aggressus sum, in qua eas jampridem à vetustissimis usque antiquorum Hebraeorum et Ethnicorum temporibus apud homines invectas fuisse ostendi, plures earumdem tunc adhiberi solitos ea occasione pandens usus. Angusti autem perbrevis accademica prælectionis limites nullatenus patiebantur, omnia haec diligenter, ac singillatim persequi; quod certe in infinitum fere orationem meam deduxisset. Atque idcirco plura rem ipsam requirere cognovi; maxime cum nemo, quod ego sciverim, hacte-

(1) *Rer. lit. l. 1. c. c. 22. §. 6.* (2) *Loco cit.*

nus de ea copiose, luculenter, atque accurate, ut par erat, disseruerit. Hieronymus Magius quidem de *tintinnabulis* suum exaravit librum, in quo varios eorumdem usus apud veteres tum Hebraeos, tum Ethnicos est persequtus. Verum is (1), quoniam à Venetis in Cyprum ad militaris judicis munus obeundum missus fuerat, Famagusta per Turcos capta, vivus in hostium potestatem veniens, ac in Asiam abductus „ asperrima, durissimaque (ut eius utar verbis (2)) servitute dejectus, et oppressus „, et „ quod in ergastulo inter domini semper minitantia verba, inter multiplices, ac libero homine aliquando, et bajulo indignos labores, inter conservorum strepitus, plerbraque „ ac sine ullo librorum adjumento, uniusque memoriae beneficio fretus suum concinnavit Commentarium. In plurimos, eosque vehementes idem propterea necessario incidere debuit errores. Quos nec satis nec omnino corrigere valuit Franciscus

(1) Consulatur Magii *Elogium pp.* 9. *et* 10.

(2) In calce libri de *Tintinnabulis in Peroratt. pp.* 76. *et* 77.

Sweertius, qui (1) Magii librum a Patribus Societatis Jesu, quibus a Rymio dono datum fuerat, obtentum adnotationibus illustratum in lucem edidit. De campanis etiam disseruerunt Angelus Rocca (2), Henricus Arnoldus Stocflethus (3), Joannes Baptista Pacichellius (4), Joannes Baptista Thiers (5), Pagius (6), paullo supra (7) memoratus Gallicus Scriptor, atque, ut caeteros praeteream, Cunradus Dictericus (8). Huius postremi Opusculum Germanico idiomate conscriptum nobis neque reperire, neque legere licuit. Stocflethus nec ea, qua opus erat, diligentia, nec est critice usus. Brevi quadam dissertatione omnia comprehendere, ac evolvere non valuit Pagius. Caeteri Christianorum potius mores, et consuetudines, quam

(1) Consulatur memoratum Magii *Elogium p.* 10.

(2) In suo de *Campanis Commentario*.

(3) In *exercitatione academica De campanarum usu* edita Altorfii anno 1665.

(4) In sua *lucubratione autumnali de tintinnabulo Nolano*, edita Neapoli anno 1693.

(5) *Traité de Cloches*, A Paris 1721.

(6) In posthuma *de Campanis Dissertatione*.

(7) §. V. pag. XXII. ibique *Adnotat.* 5.

(8) In libro *de Campanis* Germanice conscripto.

illas veterum Hebraeorum, ac Ethnicorum spectarunt. Nemo tandem omnes veteres tum Graecos, tum Latinos Scriptores, ipsaque pervetusta undique dispersa consuluit, atque collegit in hac nostra illustranda et evolvenda re monumenta. Qui autem nonnisi obiter, atque data occasione de tintinnabulis sermonem instituerunt, uni vel alteri duntaxat peculiari eorum usui seorsim pandendo, et comprobando prospexerunt. Quamobrem constitui fusiori stylo hac eadem de re opus conscribere, in quo tum lucalentissima veterum Graecorum, et Latinorum Auctorum loca, tum probatissima remotioris, atque magis reconditae antiquitatis monumenta germanis è fontibus hausta, seu ab hoc, seu ab altero seorsim edita, seu etiam nondum cognita, (quae tamen postrema duntaxat aere insculpta in calce subiicienda esse duxi) una simul congesta, nec non exposita et illustrata promerem; ac ad ejus, quae in praesens adducitur discrimen, veritatis ostensionem erudito Lectori praeferrem.

IX. Hoc porro pluribus abhinc

annis paratum erat, ut praelo committeretur. Sed cum id rescivisset doctissimus, ac eruditissimus vir Cardinalis Stephanus Borgia, is mihi auctor fuit, ut aliqua etiam de veterum Christianorum more in tintinnabulis adhibendis nostro huic operi adjicerem. Quanquam ego quidem in hoc tanquam in re ab aliis pluribus pertractata versari nollem, ut Eminentissimi tamen viri hortationibus obsequerer, ei quoque recensendo dare operam coepi.

X. Breviter, ac brevi tempore me ab eodem expediendum fuisse arbitrabar, et constitueram. Quoniam nonnulla pauca duntaxat Appendicis instar ea de re commentario nostro adiungenda esse censebam. Sed cum neque copiosissimi hujus argumenti conditio, neque mea scribendi consuetudo angustis quibusdam contineri posset limitibus; nova quidam, eademque non adeo brevis accessit lucubratio. Cum in his idcirco evolvendis plurimum ego, et quidem diutius, quam suspicatus ab initio fuissem, detineri debuerim, ab illo edendi proposito tunc mihi fuit abstinendum; a

quo plures etiam aliae graviores deinceps dimoverunt curae, atque illud maxime Opus *de Jure publico universo naturae, ac gentium methodo catholica concinnato* jampridem a nobis vulgari coeptum; et quod ultimam adhuc desiderat manum.

XI. Quoniam autem mens longo hujusmodi nobilium quidem, sed paulo severiorum disciplinarum defatigata studio quoddam jure suo quasi requirebat ad aestivi maxime temporis molestiam vel minuendam, vel aequius saltem ferendam levamen, hac opportuna idcirco capta occasione, prius illud nostrum commentarium satius duxi novis adaugere, atque perpolire curis. Quod cum post plurium mensium occupationem peractum fuerit, idem seorsim ab alio, quod Christianos respicit mores, postero forsitan tempore, quo ipsum nobis Deo dante, perficere liceat, edendo, nunc reapse typis committere constitui.

XII. Eam vero in hoc meo, quodcumque tandem sit, Opere concinnando methodum, atque diligentiam adhibui, ut, singulis, iisdemque variis tintinnabulorum apud veteres Hebraeos, et Ethnicos recensitis usibus, plura etiam alia, quae ad rem nostram quodammodo pertinere videbantur, sim *Appendicis* instar seorsim persequutus. Et cum, Opere jam absoluto, et impresso, adhuc nonnulla ego animadverterim, quae splendidiori argumenti nostri prospicere possent illustrationi, nè huic quoque sedulitatis parti deessem, eadem in calce; ipsis etiam, quo referantur, indicatis locis, (1) *Paralipomenon* nomine adjicere studui. Praeter expectationem tamen, idque mihi pergratum, perque jucundum felici, ac fortunato quodam casu factum est, ut autumnalis rusticationis a me in amoenissimis Tusculanis collibus superiori anno initae tempore

(1) Praeter Dempsterum suo loco memorandum in huius etiam *Libros de Etruria Regali Paralipomena* seorsim tamen una cum nonnullis aliis suis Dissertationibus edidit Jo. Baptista Passerius Lucae an. 1767.

haec postrema mihi absolvere contigerit iisdem plane (quae nunc ad nobilissimam familiam DD. de Piccolomineis pertinent) aedibus, quibus Annalium Ecclesiasticorum parens Baronius iisdem concinnandis operam dare solitus fuit, ita ut locum (1) lapideo monumento extrinsecae alicuius erga villam ipsam parietis parti adjecto dignum fecerit; et ubi Alexander Tassonius Rotae Romanae, ac deinde Sanctissimi Domini Nostri Pii PP. VII. Auditor ultimam suo (2) de Religione Operi manum imposuit.

(1) CÆSAR CARD. BARONIVS
ANNALIBVS ECCLESIÆ PERTEXENDIS
HVC SECEDERE SOLITVS
LOCVM MONVMENTO DIGNVM FECT.

(2) *La Religione dimostrata e difesa*. Romae primum an. 1805.-1808. 3. *Vol. in* 4., ac deinde Pisis an. 1817. cum pluribus Auctoris accessionibus, ac tandem Venetiis an. 1819. recusa.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendissimo P. M. Sac. Palatii Apostolici.

J. Della Porta Vicesgerens.

APPROBATIONES

Attente perlegi Illmi Dni Alexandri Lazzarini SS. D. N. Papae, ac Sedis Apostolicae Caeremoniarum Magistri &c. &c. incredibili diligentia, miraque accuratione elaboratum Opus de Tintinnabulorum apud Veteres Hebraeos, et Ethnicos usu. Praestantissimus Auctor aliis quoque Operibus in commune bonum editis clarus maximam in hoc, qua pollet, eruditionem, doctarumque praesertim linguarum peritiam patefacit, ita ut quicumque studiis hisce delectantur, in eo se reperturos esse confidere possint, quidquid hac de re in Sacris Scripturis, necnon in multis Hebræorum, Graecorum, Latinorumque Libris dispersum est. Cum autem nihil in illo invenerim, quod contrarium sit aut Religioni, aut bonis moribus, nihil impedire censeo, quominus publici juris fiat.

Datum Romae in Collegio S. Caroli ad Catinarios 5. Kal. Decembris An. MDCCCXXI.

D. Antonius M. Grandi Pro-Vicarius et Proc. Gen. Congr. Clerr. Regg. S. Pauli, Secret. S. Congr. Negotiis Ecclesiasticis deputatae, Consultor Congr. S. O. SS. Rit. et Correctionis Lib. Orientalium.

Mandatis obtemperans R̃mi P. Magistri Sacri Palatii Apostolici sedulo attenteque perlegi Opus Illm̃i Dñi Alexandri Lazzarini inscriptum *De Vario Tintinnabulorum usu apud Veteres Hebraeos et Ethnicos*. Opus sane summo studio et accuratione elucubratum, perspicuaque ac clara methodo digestum; in quo doctissimus Auctor, quaecumque ad rem facere poterant, ex eruditae antiquitatis fontibus petita, cumulatissime afferre, insuper et copiosissimis notis pro re nata illustrare non praetermisit; ut propterea ejusdem ingenium, doctrinam, doctarum linguarum peritiam, ac omnigenam eruditionem, et ipse plane admiratus fuerim, et nemo, ut arbitror, non suspiciet. Idcirco cum nihil in eo Opere offenderim vel a Catholica fide alienum, vel bonis moribus contrarium, dignum illud censeo, quod in lucem prodeat.

Datum Romae ex Monasterio S. Romualdi pridie idus Novembris An. MDCCCXXI.

D. Maurus Capellari Abb. Camaldulensis Consultor S. O.

IMPRIMATUR

Fr. Philippus Anfossi Ord. Præd. Magister Sacri Palatii Apostolici.

De vario tintinnabulorum usu apud veteres Hebraeos et Ethnicos.

CAPUT I.

De primo tintinnabulorum inventore, ac usu apud veteres praesertim Hebraeos in sacris vestibus.

1. Primum tintinnabulorum auctorem non est, quod nos inter antiquitatis latebras investigemus. Etenim eorum „ inventorem (praeter Polydorum Virgilium (1), et Josephum Laurentium Lu-

(1) *De rer. invent. l.3.C.18.* „ Quando illud admiratione dignius est, (inquit) ut plurima nova inventa sint, quorum inventores non tradantur, et ex iis quaedam nec scripta habeamus, quo nomine vocari possint. Nam quid jucundius reperiri potuit horologio, quo nobis, etsi occultato sole, per tintinnabulum sua, ut ita videtur, sponte sonans, horae nuntiantur? Aut quid gratius ipso tintinnabulo, quod alii campanam, nonnulli nolam nuncupant, inveniri potuit? Quod licet recens inventum non sit; Mosis enim temporibus, teste Josepho in

censem (1) apposite ait Pitiscus (2)) „ ignorari saeculorum culpa certo sci„ mus „. Illud nanque duntaxat compertum est, ea usque ab antiquissimis Hebraeis fuisse adhibita , ut mox palam fiet.

2. Quamobrem nec Eutychio (3) narranti, ligneam campanam à Noe primum fuisse divino mandato constructam,

„ *III. Antiquitatum*, eius usus erat, de quo Martialis „ ait etc. . . . . . . utriusque tamen pariter auctor la„ tet „.

(1) *In Collectione de Praeconibus*, *Citharoedis*, *Fistulis*, *ac Tintinnabulis C.* 4. *apud Gronovium in Thesauro Antiquit Graecar. Vol.*8. *Col.* 1469, cuius integer affertur C. 2. sub §. 3. in Adnot. locus.

(2) *In Lexicon Antiquit Romanar. Art, Tintinnabulum To.* 3.

(3) *Annal. T, I, p.* 36. apud Fabricium in *Cod. Pseudepigrapho vet Test. Vol,* 1. *p.* 241. *et* 242. §. 75. „ Fabricatusque (inquit) est Noah navim. Cui indi„ cavit etiam Dominus, ut campanam è ligno platani „ Indicae conficeret tres cubitos longam, latitudine „ sesquicubitalem, cuius etiam malleus ex eadem es„ set materia: quam ter quotidie pulsaret; mane quò „ adipsum congregarentur operae, deinde ad meridiem „ tempore prandii; ac rursus Vesperi, cum discedendum „ esset: dixitque ipsi, cum audientes te campa„ nam pulsantem, dixerint tibi, Quid hoc rei est, „ quod facies? responde ipsis, Immissurus est Domi„ nus diluvium. Fecit ergo Noah omnia, quae jussit „ ipsum Dominus „.

ut eius pulsu, ac sono proximum hominibus nuntiaret diluvium, nec Aegyptiis (1) idem credentibus, ac venditantibus, indeque lignearum suarum campanarum originem arcessentibus fidem adiiciam, silente de hoc praesertim Scriptura, quae, perinde ac caetera recensuit, illius universae carnis exitii indicia, hoc etiam nobis prodere nullatenus praetermisisset.

3. Quis tamen inficiabitur a vetustissimis usque Mosis temporibus tintinnabulorum usum apud veteres Hebraeos cepisse? Ea nanque in vestibus summus Sacerdos adhibere consuevit, veluti constat ex ipso Mose (2) ita scribente „ Fecerunt quoque tunicam super-„ humeralis totam hyacinthinam (3), et

(1) „ Les Aegyptiens (ut praeter Pictetum in „ *Diss. sur les temples C.* 11. *p.* 215. refert Auctor „ cit. Opusc. *Recueil curieux et edifiant sur les Cloches C.* 2. *p.* 26.) n' ont que des Cloches de bois à „ la reserve d' une seule, qui a été apportèe par les „ Francs dans le Monastere de saint Antoine. Ils en „ attribuent l' invention a Noé, qu' ils disent avoir „ fait la premiere par le commandement de Dieu.

(2) *Exodi C.* 39. *vv.* 20. *et* 21.

(3) Loquitur hic de tunica, qua praeter alias extrinsecus induebatur summus Hebraeorum Sacerdos.

„ capitium in superiori parte contra „ medium, oramque per gyrum capitii „ textilem: deorsum autem ad pedes (1) „ mala punica (2) ex hyacintho, pur-

„ Primo tunicae strictae albae, de qua iam dixit, (inquit Tirinus in *Exodum* C. 28. V. 4. ad ea verba *Haec erunt vestimenta T. I.*) „ superinduebat aliam „ tunicam fere talarem, sed hyacinthinam „ Sacerdotalis huiusce vestis descriptionem fusius prae aliis persequuntur Cornelius à Lapide in *Comment. in Pentateuchum*, in *Exodum* ad d. *Caput T. I.*, et in *Ecclesiasticum ad Cap.* 45. *T.5.*, et Joannes de Mariana in *Scholiis in V. et N. Test. in Exod. p.* 72. *Ed. Paris. an.* 1620. Consuli hac de re debet *Adnot.* 2. *circa fin.* Exscribenda interim sunt, quae de hac eadem veste habet Gemara in *Tract.* de *Sacrificiis* nunc primum a Blasio Ugolino ex Hebraico Latine reddito *C.*9. *Col.*466.*T.XIX. Thes. antiquit. sacr. ab eodem Ugolino collecti Ed. Venetae an.* 1756. „ Tradiderunt Sapientes: (inquit) „ Vestes Sacerdotii non faciunt opere acus, sed ope- „ re textoris: Dictum est enim: *Opus textoris*. Si in- „ quinantur, non lavantur nitro, neque sapone, sed „ aquis lavantur: Dicit Abaje: Sic dicit: si tangeret „ nitro, et sapone, vel aquis non lavant: Et sunt „ qui dicunt: Nullo modo lavantur, quia non est „ paupertas in loco divitiarum: Tradiderunt Sapientes: „ Pallium totum contextum erat ex hyacintho: *Quo-* „ *modo?* Adducebat hyacinthum, et purpuram, et „ coccineum, contorquebat, et faciebat quasi malo- „ granata, quae nondum aperuerunt ora sua. „

(1) Apposite de hac re loquens loc. cit. ait Tirinus „ E qua (i. e. veste) inferne aurea tintinnabula, „ et mala punica opere phrygio contexta numero 70. „ inquit Josephus, alternis dependebant „.

(2) Quid vero sint mala Punica, de quibus loqui-

„ pura, vermiculo, ac bysso retorta,

tur hoc in loco Scriptura, nobis explicat Calmetus *T. I. P. I. Commentarii litteralis in omnes libros veteris, et novi Testamenti*. „ Mala Punica constabant „ (inquit ipse in *Exodum ad Caput et V. cit.*) „ ex lana hyacinthina, purpura, et cocco: ovi autem magnitudine fuisse dicunt Rabbini; verum si huius amplitudinis mala Punica, eademque proportione tintinnabula constituamus, paucis admodum opus fuisset, ut totum ejus ambitum tenerent, nisi oram tunicae inferiorem latissimam ponamus „. Vidi Adnotationem *seq. versus finem*. Sed et quoniam malorum istorum naturam mirifice nobis explicat Blasius Ugolinus, eius verba idcirco afferri hoc in loco debent. Sic enim ipse ait in Opere cui titulus *Sacerdotium Hebraicum C. 3. Coll. 316. et seqq. T. 13. cit. Thesauri* „ Deinde dicitur limbus non acu assutus, sed attextus „ fuisse . . . . *opus textoris*. Ubi *Abarbanel* . . . . Et dictum est: *Erit limbus circa aperturam capitis, opus textoris*; ad indicandum, quod apertura illa non debeat scindi forfice, ut deinde acu consueretur. Maimonides . . . . Et foramen eius textum erat initio texturae. Infimae orae pallii appensa erant malogranata, et tintinnabula aurea, quae v. 33. memorantur . . . . . Haec ornamenta *Josephus* appellat *fimbrias*. Κατὰ πέζαν δ' αὐτῷ προσεῤῥαμένοι θύσανοι ῥοῶν τρόπον ἐκ βαφῆς μεμιμημένοι ἀπήρτην τε, καί κώδωνες χρύσεοι κατὰ πολλὴν ἐπιτήδευσιν τῆς εὐπρεπείας, ὥς τε μέσον ἀπολαμβάνεσθαι δυοῖν κυδώνοιν, ῥοΐσκον, καὶ ῥοῶν κυδώνιον. „ Circa infimam oram eius dependebant fimbriae in modum malorum punicorum diversis coloribus cum aurei tintinnabulis, magno studio, et ornatu adaptatae, ita ut inter duo tintinnabula malum Punicum, et inter duo mala Punica tintinnabulum medium pende-

,, ret. *θύσανοι* sunt fimbriae. Hesychius. *θύσανοι*,
,, *κροσσοὶ*, *κόρυμβοι*. Hae fimbriae constabant, ...
,, *malogranatis et tintinnabulis* De malogranatis Scriptura
,, saepe mentionem facit, ut *Num. XIII.* 25. *et C. XX.* 5.
,, *Deut. VIII.* 8. 1. *Samuel* XIV. 2. *Cantic. IV.* 13. *Joel. I.*
,, 12. *et alibi* . . . . . Sumunt hyacinthinum, purpu-
,, ram, et coccinum retorta, et faciunt speciem malo-
,, granatorum, quorum ora nondum sunt aperta . . . .
,, Solent mala punica, si minus in arbore morentur,
,, post maturitatem disrumpi in arbore, ut fieri so-
,, let in nucibus, quarum cortex extrinsecus sese
,, aperit in arbore. Cum his consentit *Maimonides etc.*
,, ... Materia horum malogranatorum fuit lana
,, hyacinthina, purpurea, et coccinea; quibus Septua-
,, ginta addunt *byssum*; ut eadem materia, et colori-
,, bus, quibus balteus, constaret, ut observavit *Hie-*
,, *ronymus*. Mala punica (inquit) contexta fuerunt
,, iisdem coloribus ut supra cingulum. Sed iuxta *Hie-*
,, *ronymum*: byssus adhibita quoque fuit in malogra-
,, natis, non minus quam in balteo. *Exod.* XXXIX.
,, 24, dicitur . . . . . *Et fecerunt ad oras pallii malo-*
,, *granata ex hyacinthino, et purpura, et coccino re-*
,, *torta*. Aurea fila poterant quoque retorqueri: Sed ob-
,, servandum est illud . . . . . *retortum* in S. Scriptura
,, numquam dici nisi de . . . . *bysso*, ut suspicari
,, quis possit in hoc loco tacite *byssum* esse intelli-
,, gendam, quasi Moses dixisset . . . . . *byssum retor-*
,, *tam*: Ita sane *Masora* hunc locum explicat . . . . .
,, *deficit byssus*. Juxta *Masoram* igitur legendum es-
,, set . . . . . *Et fecerunt malogramata ex hyacinthino,*
,, *et purpura, et coccino, et ex bysso retorta*. Ita le-
,, gerunt Septuaginta in utroque loco *C. XXVIII. et*
,, *C. XXXIX.* Βύσσον *κεκλωμένην*. Faciunt quoque
,, Septuaginta mentionem de auro in malogranatis. *Exod.*
,, *XXVIII.* Καὶ *ποιήσεις ἐπὶ τὸ λῶμα τοῦ ὑποδύτου κά-*
τωθεν ὡσεὶ ἐξανθούσης ῥόας ῥοΐσκους ἐξ ὑακίνθου καὶ
πορφύρας, καὶ κοκκίνου διανενησμένου, καὶ βύσσου κε-

„ et *tintinnabula* (1) de auro purissi-

κλωσμένης, ἐπὶ τȣ̃ λώματος τȣ̃ ὑποδύτȣ. „ *Et fa-*
„ *cies ad oras tunicae infra ut florentia malograma-*
„ *ta ex hyacinthino, et purpura, et coccino neto, et*
„ *bysso retorta ad oram tunicae circumquaque*. Mox
„ additur. Τὸ δὲ αὐτὸ εἶδος ῥοΐσκȣς χρυσȣ̃ς. At
„ *eadem specie mala punica aurea*. In textu et in
„ Judaeis interpretibus nulla mentio de malograna-
„ tis aureis. Quin etiam ipsi Septuaginta *C.* XXXIX.
„ tacent de Malogranatis aureis. Emendandus ita vi-
„ detur hic locus. Κατὰ δὲ τὸ αὐτὸ εἶδος ῥοΐσκȣ
„ καὶ χρυσȣ̃ς κώδωνας ποιήσεις. *Ad illam au-*
„ *tem formam malorum facies etiam tintinnabula*
„ *aurea* „.

(1) Ex Scriptura certe non constat, quot fuerint haec tintinnabula, quae, nullo eorumdem numero praefinito, memorat Flavius Josephus tum *Antiqu. Jud. l.* 3. *C.* 7. *n.* 4. *Opp. To.* 1. *p.* 141. *et* 142. *Ed. an.* 1726. tum de *bello Jud. l.* 5. *C.* 5. *n.* 7. *To.* 2. *p.* 335., quo postremo in loco tintinnabulis tonitrua, malis vero punicis fulgura referri voluisse autumat, et asserit: Id quidem coniicere voluerunt veteres Ecclesiae Patres, qui tamen in eorumdem quantitate constituenda valde inter se dissentiunt. Et reapse S. Justinus in *Dialogo cum Tryphone Judaeo* duodecim ea fuisse arbitratur. Sic enim ait loc. *cit. n.* 42. B. *p.* 138. *Ed. Paris. an.* 1742. „ Ἀλλὰ καὶ τὸ δώδεκα κώδωνας (ait) ἐξῆφθαι τȣ̃ ποδήρȣς τȣ̃ ἀρχιερέως παραδεδόσθαι, τῶν δώδεκα ἀποστόλων τῶν ἐξαφθέντων ἀπὸ τῆς δυνάμεως τȣ̃ αἰωνίȣ ἱερέως χριστȣ̃, δί ὧν τῆς φωνῆς ἡ πᾶσα γῆ τῆς δόξης, καὶ χάριτος τȣ̃ Θεȣ̃, καὶ τȣ̃ χριστȣ̃ αὐτȣ̃ ἐπληρώθη, σύμβολον ἦν. „ Quin etiam
„ quod traditum erat, ut duodecim tintinnabula ex
„ talari veste summi Sacerdotis appenderentur, duo-
„ decim Apostolorum ex virtute aeterni Sacerdotis
„ Christi pendentium, quorum vox universam terram

,, mo , quae posuerunt inter malogra-

,, gloria , et gratia Dei , et Christi eius replevit , ,, significatio fuit ,, . Justino consentit Epiphanius . Hic nanque *lib.* 1. *Haeresi* 34. *num. XVII* B. *pag.* 252. *T. I. Ed. Paris an* 1622. *haec habet* ,, Ὡ'ς τȣ̀ς δώδεκα υἱȣ̀ς τȣ͂ Ιακώβ , ἐξ ὧν καὶ δεκαδύο φυλαὶ , καὶ τὸ λόγιον τὸ ποικιλτὸν δώδεκα λίθȣς ἔχον , καὶ τȣ̀ς δώδεκα κώδωνας . . . . καὶ τὸν ἀριθμόν δὲ τῶν Ἀποστολων ,, . ,, Cuiusmodi sunt duodecim Iacobi filii , à ,, quibus duodecim propagatae sunt Tribus ; et Ra- ,, tionale opere vario contextum , cui duodecim la- ,, pides assuti , ac tintinnabula totidem . . . . . . ,, Quibus et Apostolorum numerus accedit ,, . Hieronymus haec tintinnabula dicit fuisse septuaginta duo . ,, Reliqua quatuor proprie Pontificum sunt (ait Epist. 64. *ad Fabiolam n*, 14. *col.* 361. *a. b. T. I Edit. Veron. an.* 1734.) , ,, quorum primum est Mehhil idest tunica ,, talaris tota hyacinthina , ex lateribus eiusdem coloris ,, assutas habens manicas , et in superiori parte , qua ,, collo induitur , aperta , quod vulgo Capitium vo- ,, cant , oris firmissimis ex se textis , ne facile rum- ,, pantur . In extrema parte , idest ad *pedes septua-* ,, *ginta duo sunt tintinnabula* , et totidem mala pu- ,, nica iisdem contexta coloribus , ut supra cingu- ,, lum . Inter duo tintinnabula unum malum est : ,, inter duo mala unum tintinnabulum , ut alterutrum ,, sibi media sint : caussaque redditur . Idcirco tin- ,, tinnabula vesti apposita sunt , ut quum ingreditur ,, Pontifex in Sancta Sanctorum , totus vocalis ince- ,, dat , statim moriturus , si hoc non fecerit ,, . Prolixiorem attuli , quam par esse videri fortasse posset , Hieronymi locum , ut facile appareat de tintinnabulis à Mose vesti summi Sacerdotis Aaronis ibidem eum loqui . Hieronymo consentiunt tum Isidorus *Etym. l.* 19. *C.* 21. , tum quidam ex Hebraeis . Verum Cle-

,, nata in extrema parte tunicae per

mens Alexandrinus numerum hunc valde auget extendens ea usque ad tercenta sexaginta sex ,, Οἵ τε τριακόσιοι ἑξήκοντα κώδωνες (inquit ipse *lib. V. Stromat. T. 2. paq. 668. n. 20. Edit. Oxonien. an.* 1715) οἱ ἀπηρτημένοι τοῦ ποδήρους , χρόνος ἐστὶν ἐνιαύσιος , ἐνιαυτὸς Κυρίου δεκτὸς , κηρύσσων , καὶ κατηχῶν τὴν μεγίστην τοῦ Σωτῆρος ἐπιφάνειαν ,, *Trecenta autem sexaginta sex tintinnabula* , quae pendent à veste talari , sunt tempus annuum ; *annus* inquam Domini *acceptus* , *praedicans* , et resonans maximum adventum servatoris ,, . S. Prosper sive alius quilibet quinquaginta dixit sic aiens in libro *de Promissionibus* , *et Praedictionibus Dei p.* 127. *in Appendice* , *Edit. Paris. an.* 1711, ,, In quinquaginta vero tintinnabulis , (loquitur de iis adiunctis vesti summi Sacerdotis Aaronis) totidemque malis granatis linguae sunt Ecclesiarum , quae per sanctum Spiritum die Pentecostes in specie ignis divisae discipulis insederunt ,, . Guillelmus Durandus in *Rationali divinorum officiorum* octoginta haec fuisse arbitratur . ,, Quatuor propriis indumentis (inquit ipse l. 3. C. 19. n. 2. T. I.) Pontifex utebatur , primum erat tunica hyacinthina , quam Hebraeus dicit vethit , Graece dicitur ποδήρης , Latine talaris , quae habebat pro fimbriis malogranata cum octoginta tintinnabulis aureis interscalari modo disposita , ut audiretur sonus , cum Pontifex ingrederetur sanctuarium ,, . Verum Rabbinorum quoque sententiae de hoc tintinnabulorum numero afferendae hoc in loco sunt. *Targum Uzielidis*, Hierosolymitanum, ut refert Ugolinus in *Sacerdotio Haebraico C. 3. Col.* 322. *T.* 13. *cit. Th.* tintinnabula summi Sacerdotis unum et septuaginta fuisse autumat. Verum audiendi hac de re sunt Maimonides , et Abrahamus .

,, gyrum : tintinnabulum autem aureum,

Licet enim eorum loca sint admodum prolixa, afferri tamen hic debent, quoniam et summi Sacerdotis vestes, et malogra:atorum illorum naturam eadem occasione mirifice nobis pandunt. Sic porro ait Maimonides in *Constitutionibus de Vasis Sanctuarii, et qui in eo ministrabant ex interpretatione Ludovici Compiegne De Veil* apud eumdem Ugolinum C. 9. n. 4. *Col.* 1002. *Vol.* 8.
,, Jam ad pallii lymbum fila hyacinthi, purpurae, et cocci
,, dibaphi adhibebantur, quorum ex unoquoque ge-
,, nere fila erant octies conduplicata . . . . . Ex his
,, igitur quatuor et viginti filis fiebant quaedam quasi
,, mala punica, quorum nec dum esset apertum os,
,, quae erant appensa pallio. Adhibebantur etiam duae
,, et septuaginta Campanellae malleolis praeditae, eae-
,, que erant ex auro omnes. Harum triginta sex lim-
,, bo appendebantur ex una ala pallii, et ex altera
,, totidem. Atque campanella cum malleo ex ipsa ap-
,, penso illud est, quod tintinnabulum à lege dicitur.
,, Pallium igitur ex utroque latere sic erat ad limbum
,, distinctum, et ornatum, ut primum esset tintin-
,, nabulum, tum sequeretur malum punicum, et sic
,, deinceps ,, . Quibus et concinit *Gemara Sevachim* C. 8. Et R. Abrahamus filius Davidis Arie *in Commentario de templo* C. 34. et seqq. apud eumdem Ugolinum *Thesauri T.* 9. *Cc.* 490. *et seqq.* ,, Pallium erat totum
,, hyacinthinum, eiusque fila duodecies duplicaban-
,, tur; eiusque fimbria a principio texturae suae te-
,, xebatur, neque illi aderant manicae, sed ab extre-
,, mitate gutturis usque ad partem inferiorem in duas
,, alas iuxta usum omnium palliorum distribuebatur:
,, atque in hunc sensum scribit *Ramban* f. m. ita ut
,, *Rabad* f. m. nullus sit contradicendi locus, neque
,, coniunctum erat nisi è regione totius gulae duntaxat;

„ et malum punicum, quibus incede-

„ et qui fimbriam pallii lacerasset, vapulabat; dictum
„ enim Exodi 28. 32. *Ne . . . . rumpatur*.
„ Idemque ius obtinet in omnibus vestibus Sacerdo-
„ tii, qui enim lacerabat destruendi gratia, vapulabat;
„ Et sumebatur hyacinthus et purpura, et coccinum,
„ ex singulis singulae species octies retortae . . . .,
„ fila fimbriarum quatuor et viginti deprehendeban-
„ tur; fiebantque quasi mala punica, quae nondum
„ os suum aperuissent; duo et septuaginta tintin-
„ nabula afferebantur, quae pallio appendebantur,
„ quibus insint duo et septuaginta mallei auvei, et
„ sex et triginta orae unius alae, pariterque sex et
„ triginta orae alterius alae appendebantur; et tintin-
„ nabulum et malleus inter eas simul appensa erant,
„ donec in oris ad duo latera sit tintinnabulum, et
„ malogranatum, tintinnabulum, et malogranatum.
„ . . . . Pallium erat totum hyacinthinum, sicuti di-
„ ctum est *Exodi* 28. 31. *totam hyacinthinam*. Sume-
„ batur hyacinthus, et purpura, et coccinum retor-
„ tum, ex quibus conficiebantur quasi malogranata,
„ quae nondum os aperuissent, erantque similia illis pi-
„ lis, quae puerorum capitibus imponuntur, eique ap-
„ pendebantur; duo et septuaginta tintinnabula, in
„ quibus plectra inerant, praeterea sumebantur, quo-
„ rum sex et triginta uni lateri, totidemque alteri
„ appendebantur. R. Dossa dicit nomine R. Jehudae;
„ sex et triginta erant; ecce octodecim huic lateri,
„ et octodecim alteri lateri. Dicit R. Atani filius Sason,
„ sicuti hic oritur controversia, ita pariter in aspe-
„ ctu plagarum: Legitur enim in *Mischna Negrum*;
„ Dicit R. Dossa filius Archinos; Sex et triginta erant;
„ Achiba filius Malhallel dicit, duo et septuaginta
„ erant. Et *Ramban* f. m. contradicit *Raschio* f. m.
„ in eo quod spectat tintinnabula, scribens; ego igno-

„ bat Pontifex, quando ministerio fun-

„ ro, qua de causa hic sapiens tintinnabula seorsim „ efficiat, tintinnabulum inter duo malogranata: ete-„ nim si malogranata nulli erant usui, et unius ele-„ gantiae causa facta erant, cur malogranata inania „ fiebant. Fiant tanquam mala aurea: praeterea à Scri-„ ptura explicandum erat, quo pacto tintinnabula ap-„ pendenda erant; at si in iis fierent annuli, quibus „ appenderentur, non erant revera in illis, eo quod „ malogranata erant inania, factaque erant quasi par-„ va malogranata, quorum ora nondum aperta sint, „ in quibus tintinnabula recondebantur, et intra illa „ videbantur. At ego miror, quomodo *Ramban* f. m. „ *Raschio* f. m. contradicat in eo quod spectat tintin-„ nabula; quod dicat explicandum a Scriptura fuisse, „ quare tintinnabula appenderentur, cum explicatum „ sit oris circumcirca pallium appensa fuisse. Jam „ constat vel nostris diebus fieri parvum annulum ex „ tintinnabuli summitate egredientem, cui ubique „ optime appendi possit. Praeterea parva malograna-„ ta, quae nondum ora aperuerant, pomis erant pul-„ chriora, et elegantiora propter formam floris, qui in „ eorum summitate inerat. Neque erant vacua, uti scri-„ bit; at plena erant multis granis, quae adhuc es-„ sent immatura. Praeterea tintinnabula ea de causa „ facta erant, ut sonitum ederent; si collocaretur tin-„ tinnabulum intra rem occlusum, vel si tintinnabu-„ lum tenui veste opertum esset, ejus sonitus exau-„ diri non potuisset; quae res vel pueris. qui primis „ rudimentis operam impendant, manifesta est; Quod tin-„ tinnabulorum proposito contrarium erat. Praeterea quod „ dicit haec malogranata nulli usui fuisse; nonne mani-„ festum est, quod percutit extrinsecus super tintinnabu-„ lum, si sit durum, et solidum, qualia erant haec

„ gebatur , sicut praeceperat Dominus „ Moysi „ .

„ parva malogranata , quorum ora aperta non erant , „ maiorem edisse sonum , quam plectrum ? praesertim „ cum tintinnabulum percuteret aliquando supermalo- „ granatum , qood erat ad hoc latus , et aliquando su- „ per malogranatum , quod erat ad alterum latus . „ Idcirco recta sunt , et firma verba *Raschi* f. m. „ praesertim , quod iis neque Scriptura , neque reli- „ qui interpretes contradicant , cui praeterea praece- „ ptor noster f. m. et *Aben Ezra* , et *Chiskuni* f. m. „ excepto R. *Bechai* favent „ . Eadem iisdem ferme verbis repetit in diss. de *Vestitu Sacerdotum Hebraeorum Coll.* 15. *et seqq.* To. 13. *cit. Thesauri* . Quae et ex eodem idem Ugolinus habet in Notis ad cit. *Maimonidis Constitutiones Not.* 13. *ad N. IV. Coll.* 1007. *Vol.* 8. *d. Thesauri* . Sententia porro Judaeorum , Hieronymi , ac aliorum , qui LXII. ponunt tintinnabula , quam illa caeterorum , qui pauciora , aut plura statuunt, probabilior videtur Johanni Braunio in opere inscripto *Vestitus Sacerdotum Hebraeorum l.* 2. *C*. 5. *p*. 459. , qui tamen nihil certi de illorum numero constare observat *cit. l.* 2. *C.* 27. §. 787. *pag.* 736. , quemadmodum ipsa de eodem sententiarum pandit varietas . Verum qua ratione oris pallii appenderentur tintinnabula , praeter Abrahamum *loco allato* , aliosque complures tradunt tum Braunius *loco cit p.* 459. *et* 460. ,tum Ugolinus in *Sacerdotio Hebraico cap.* 3. *Col.* 322. *et seq.* To. 13. *Thesauri*, ubi is haec habet . „ Non describitur in textu , (inquit) quomodo „ oris pallii tintinnabula appensa fuerint . *Abarbanel* putat malogranata intus fuisse cava , iisque ad- „ dita fuisse tintinnabula , quae est sententia *Nacmanidis* . . . . . , quod malogranata cava fuerint , „ et in illis fuerint tintinnabula , sed ita è medio ma-

4. Et reapse sic a Domino in man-

,, logranatorum tintinnabula conspici potuerint. Sed
,, plane docetur in textu, tintinnabulum fuisse inter
,, duo malogranata, et quodlibet malogranatum inter
,, duo tintinnabula . . . . . Et *facies ad oras eius*
,, *malogranata etc. Et tintinnabula aurea inter ea, tin-*
,, *tinnabulum aureum, et malogranatum, tintinna-*
,, *bulum aureum, et malogranatum ad oras pallii*
,, *circumquaque*. Ita sane hunc locum explicat *Raschi*
,, ... Inter ea circumcirca; inter duo malogra-
,, nata tintinnabulum unum appendet oris pallii. Et
,, *Maimonides* loc. cit. . . . . Donec statuatur in eius
,, oris ad duo latera tintinnabulum, et malogranatum,
,, tintinnabulum, et malogranatum. Praeter tintinna-
,, bula et malogranata Philo in *Vita Mosis l.* 3. in lim-
,, bo pallii recenset etiam flores . Ἐξ αὐτοῦ δὲ
κατά τὰ σφυρὰ ῥοΐσκοι, καὶ ἄνθινα, καὶ κώδω-
νες εἰσι. Τὰ μὲν ἄνθινα σύμβολον γῆς, ἀνθεῖ
γὰρ, καὶ βλαστάνει πάντα ἐκ ταύτης οἱ δὲ ῥοΐσκοι,
ὕδατος, παρὰ τὴν ῥύζιν λεχθέντες, εὐθυβόλως. οἱ
δὲ κώδωνες τῆς αρμονίας, καὶ συμφωνίας τούτων etc.
,, Circa talos habet mala punica, flores, et tintin-
,, nabula. Flores quidem terram significant; omnia
,, florent, germinant ex terra. Mala punica aquam;
,, sic dicta a flendo. Tintinnabula horum harmoniam,
,, et concentum. Idem sensisse videntur Septuaginta,
,, qui non solum malogranata vocant ἐξανθούσης ῥόας
,, ῥοΐσκους, sed dicunt etiam appensa fuisse: ῥοΐσκον,
,, χρυσοῦν κώδωνα, καὶ ἄνθινον, *malogranata, aureum*
,, *tintinnabulum*, et *florem*. Verum per ἄνθινα il-
,, li non videntur intellexisse aliquid diversum ab ipsis
,, malogranatis, sed formam malogranatorum expres-
,, sisse, quod non fuerint matura, sed adhuc floren-
,, tia. Idcirco Septuaginta dicunt ἐξανθούσης ῥόας ῥοΐ-
,, σκους; quod ita reddi posset *florentia malogranata*.

datis acceperat Moses. „ Deorsum vero „ (ait (1) ad eum Deus) „ ad pedes „ ejusdem tunicae (loquitur de eadem summi Sacerdotis veste) „ per circuitum quasi mala punica facies ex „ hyacintho, et purpura, et cocco bis „ tincto (2) mixtis in medio tintinnabulis (3), ita ut tintinnabulum sit

„ Quae consentire videntur cum Iudaeis Interpretibus, qui „ dicunt malogranata fuisse similia iis, quorum *ora* „ *nondum sunt aperta*. . . . Fimbriata pallia caeteris „ communia docet Scholiastes *Persii* ad hunc versum.

„ Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

„ Scio (inquit) birrum attritum comiti condonare „ lacerna pallium fimbriatum, quo olim soli milites „ velabantur, penula pallium cum fimbriis longis „. *Eadem fere leguntur apud Braunium loco cit.* §. 430. *p.* 460.

Sed ad flores quod pertinet, tum Philonis, tum asseclarum eius plane despicienda esse videtur sententia, sacra Scriptura de iis penitus silente. Quippe quae tintinnabula duntaxat; et malogranata recensuit; nec flores ea certe praeteriisset, si vicissim inter illa eosdem inseri tunc consuevisset.

(1) *Exodi* C. 28. *vv.* 33. *et* 34.

(2) In nonnullis Exemplaribus se legisse hoc etiam in loco testatur Calmetus adiecta verba illa de *bysso retorta*. Nam *loco cit.* ait „ Septuaginta Exem- „ plaria quaedam Latina addunt de *bysso retorta*. „ quod in Hebraeo, et Versionibus deest „.

(3) De hac tintinnabulorum dispositione atque ordine loquuntur Interpretes. Referenda certe hoc in loco sunt verba Tostati, qui *T.* 2. *in Exodum C.* 28.

„ aureum , et malum punicum rursumque tintinnabulum aliud aureum, „ et malum punicum „ . Idque certe non alia de caussa fieri voluit Deus, nisi ut Aaron templum ingrediens audiretur ab iis , qui jampridem in eo manebant, ac ejus majestas ab iisdem animadverteretur . Rem manifestam facit idem Exodi locus, in quo post illa, quae nunc attulimus , sic immediate idem subjicit (1) Dominus „ Et vesti-

id nobis mirifice explicat . „ De quibus filis (inquit) „ supra dictum fuit , *mixtis in medio tintinnabulis* „ scilicet inter duo mala Punica unum tintinnabulum, „ et erant ista tintinnabula ex auro , et vocantur tintinnabula secundum nomen Onomatopaejum i. e. à „ sono suo formatur : Sic enim tintinnabulum sonat, „ cum percutitur. Ita ut tintinnabulum sit *aureum* et *malum Punicum*. Ista littera videtur innuere, quod unum „ tintinnabulum fieri debebat de auro , et unum malum „ Punicum de auro, et rursus aliud tintinnabnlum aureum, et malumPunicum aureum „ . Et Tirinus in ea verba *C*. 39.*v*.24.*Tintinnabulum aureum, et malum Punicum* haec subdit „ Subaudi sibi mutuo per vices , et alterna iungebantur , scilicet nunc tintinnabulum „ unum , dein malum Punicum : mox tintinnabulum „ alteram , et alterum malum Punicum , et sic consequenter , ut expresse iubetur C. 28. , ubi etiam „ reliqua huius Capitis omnia explicata habes „ Et Calmetus *l. cit.* ait „ Fimbriam tunicae hyacinthinae „ ornabant mala Punica , et tintinnabula alterno ordine disposita „ .

(1) *Ibid. v.* 35.

„ etur ea Aaron in officio ministerii (1),
„ ut audiatur sonitus, quando ingredi-
„ tur, et egreditur Sanctuarium in con-
„ spectu Domini (2), et non moria-

(1) Hae erant summi Sacerdotis, eiusque successorum vestes propriae, verum iisdem ei uti non licuit, nisi in ipso duntaxat ministerio „ *Et vestietur ea* „ *Aaron*, et omnes sui Successores, (inquit Tostatus loc. cit.) qui essent Sacerdotes magni, „ quia hoc non erat personale, sed ad dignitatem „ ipsam cuiuslibet summi Sacerdotis pertinebat. *In* „ *officio ministerii*, idest quando ministrare debet, „ et hoc non ad omnem ministrationem, quia ad mi- „ nistrationem, quae fiebat extra Sanctuarium, non „ induebatur summus Sacerdos ista veste, nec aliis „ Pontificalibus, ut supra dictum est. Nullo ergo „ modo poterat aliquis Sacerdos magnus uti ista veste „ ad aliquos usus prophanos: nec indui ea extra San- „ ctuarium, accipiendo Sanctuarium pro toto taber- „ naculo cum atrio eius „. Et Calmetus T. 5. *Comment. in Ecclesiastic. C.* 45. *v.* 16. in ea verba *Non est indutus illa alienigena aliquis* subdit „ Ponti- „ ficis ornamenta in unius ipsius, eiusque Successo- „ rum usu erant. Iudaeorum nemini iis indui lice- „ bat, neque ipsimet Regi, aut inferioris ordinis „ Sacerdoti. Ipse etiam Pontifex nonnisi in templo, „ ac dies maxime solemnes iis utebatur „.

(2) Nobis certe ea non est mens, animusque hoc in loco tradere mysticas omnes rationes, quas veteres Ecclesiae Patres investigarunt, et arbitrati sunt, Deum prae oculis habuisse, tum cum summi Sacerdotis vesti tintinnabula adiungi mandavit. Quoniam et earumdem aliquas, adductis etiam veterum Scriptorum et Patrum locis, attulimus Adnot. 5. *ad* §. 3. Eas ta-

men fusius persequuntur tum, sua etiam allata, *Polydorus Virgilius de rer. inv. l.6. C.12.*, tum Hugo Cardinalis in *Psalm.62.*, tum Novarinus *Schediasm. Sacro-prophan. lib.2. C.26.n.130.*, tum Du Cange in *Glossario ad Script. mediae et infimae latinit. T.2. Art. capa cum tintinnabulis et tinniolum*, tum Cornelius a Lapide To. 1. *Commentarior. p.* 552., tum Braunius *cit. l.2. C.5.* §.407.*pp*.458. *et* 459., *et C.* 27. §§. 742. 743. 744. *et* 745. *pag.* 703. *et seqq.*; *ac* §§. 786. *et* 787.*pp*.735. *et* 736., tum Jo. Baptista Thiers in *Traité des Cloches C. 1. p. 9. et seqq.* Mirum autem videri non debet, veteres Patres in mystica horum eorumdem tintinnabulorum significatione inquirenda, et tradenda ita diligenter fuisse versatos. „ Nonnullorum hominum supercilium (inquit „ S. *Justini* adnotator ad l. *cit* ad ea verba δώδεκα „ κώδωνας) in hac allegorica interpretatione causam „ arripuit S. Martyris (scilicet Justini) irridendi, et exagi- „ tandi, Sed cum Philo Judaeus summum Sacerdotem „ veste talari indutum divini verbi imaginem esse „ doceat *lib. de Profugis pag.* 466., ac in illius tin- „ tinnabulis, aliisque ornamentis arcanas quasdam si- „ gnificationes persequatur *lib. de migratione Abrah.* „ *p.* 404., *et de vita Mosis p.* 673., non imperite Justi- „ nus ad religionis defensionem adhibet, quod ipsi „ dederant adversarii. Huc accedit, quod haeretici „ de tintinnabulis multa perabsurde nugabantur. Valen- „ tiniani duodecim primos Aeones significari volebant, „ ut testatur Irenaeus *lib.* 1. *C.* 11. Multo detesta- „ bilior Gnosticorum impietas, qui, teste Epiphanio „ *Haeres* 26, *p.*94., tintinnabula hunc in usum institu- „ ta dicebant, ut Judaeorum Deus, quem hominem „ Asini figura fingebant, sonitu admonitus sese sub- „ traheret. Quid mirum si Justinus, qui in refellen- „ dis haereticis totus erat, saniores interpretationes „ impiis eorum nugis opponit „ ? Quae de Justino hactenus habet eius adnotator, eadem et de caeteris Patribus dicere licet. Merito ergo hi tanto studio My-

eticum hunc tintinnabulorum vestis summi Sacerdotis sensum inquirere, ac tradere conati sunt. Hunc sic accipiendum esse vult Joannes Pierius Valerianus, ut significa-et „ oportere Sacerdotem (quemadmodum ait *Hieroglyphicorum l.* 47. *C.* 23.) „ ut etiam in „ Cane dictum, assidue vocalem esse nunc docendo, „ nunc arguendo, nunc exhortando, saepissime ve- „ ro consolando, quod nostra sibi fragilitas deposcit, „ opportuna remedia conquirendo. Qua de re *ibidem* „ ita concludit „ Itaque tintinnabulum praedicationis „ est, et institutionis hieroglyphicum, de quo plu- „ ra Gregorius idem *libro* 1. *Epist.* 24. „. Quam porro interpretationem asciscit, et explicat Henricus Salmuth in *Notis sive Commentariis ad Pancirollum Rerum memorabilium l.* 2. *tit.* 9. *p.* 160. *et* 161. Caussa tamen est duntaxat inquirenda, qua summo illi Hebraeorum Pontifici tintinnabula in ingressu, et egressu Sanctuarii fuerint circumferenda. Rem manifestam reddere videtur ipsamet Sacrae Scripturae littera inquiens, *ut audiatur sonitus, et non moriatur* „ Idest non mo- „ riatur propter inobedientiam, (inquit *loc. cit.* Cornelius à Lapide) „ volo enim, et iubeo sonitum „ Pontificis, puta pulsum tintinnabulorum eius au- „ diri in ingressu, et egressu tabernaculi, ad exci- „ tandam in eo, et in populo reverentiam mihi de- „ bitam, videlicet, nè domum meam intret, nisi „ praevio pulsu, non quem ego audire cupiam, sed „ quem ipse, uti et populus audiens, admoneatur „ majestatis meae, cuius templum ingreditur, simul „ et reverentiae, officiique sui „. Hanc expositionem sequitur etiam Tostatus in *Exodum pag.* 116., ubi refutat commentum illorum, qui autumaverant id factum fuisse, ut monerentur Deus, et Angeli, quorum apparitiones fiebant in templo, et quas Deus ab hominibus *agnosci noluit*. Et reapse Deus Sacerdotis ingressum in Sanctuarium noscere certe potuit absque tintinnabulis. Sed referri etiam debet Calmeti hac

de re sententia, qui *ad dictum locum p.* 559. *To.* I. *Comm.* haec habet: „ Aaronis Sanctuarium in„ gredientis vocem exaudiendam indicare videntur „ Septuaginta (καὶ ἔσται Ἀαρων ἐν τῷ λειτουργεῖν ἀκουστὴ ἡ φωνὴ αὐτοῦ) seu potius tintinnabulorum stre„ pitum auribus eiusdem Aaronis insonare. Sed pro„ nior litterae sensus insinuat tintinnabula ista Aa„ ronica populum monuisse, quod etiam visum au„ ctori *Ecclesiastici XLV. in memoriam filiis gentis* „ *suae*; vel iuxta Tostatum etc. „ cuius opinionem non reiicit. Eadem et repetit in *Comment. in librum Ecclesiastici*. Diversam plane huius rei explicationem et rationem nobis tradidit R. Abrahamus filius Davidis Aïé in commentario *de Templo C.* 34. apud Ugolinum *Vol. IX. cit. Thes. Col.* 490. „ *Ut audiatur sonitus* „ (inquit) *quando ingreditur* . . . *Sanctuarium*; Vox „ Aaronis, quo ingrediente in Sanctuarium octo ve„ stibus ita ornatis eius vox audiebatur, eiusque ora„ tio fieret acceptabilis, vel *audiatur sonitus*; so„ nitus pallii tintinnabulorum commotione. Hinc mo„ re humano docet lex hominem, quod si velit se „ conferre in conspectum regis, palatii ostium ab „ initio debeat pulsare, ne de improviso ingredia„ tur; et regnum terrestre est simile regno caelesti; „ etenim si quis ingrediatur de improviso in regis pa„ latium, regni decreto reus erat mortis, uti scri„ ptum est de rege Assuero; qui non erat vocatus, „ reus erat mortis. Praeterea alia ratione, ut innote„ sceret, summum Sacerdotem velle ingredi, et quam„ vis hoc Deo notum esset, pariterque manifestum „ Angelis Dei ministris; cui quamvis omnia manife„ sta sint, tamen ea de causa significabatur, ne „ sibi occurrerent Angeli sancti, qui stabant coram „ Deo, si de improviso introiisset, neque tin„ tinnabula ea de causa instituta erant, ut aliquid „ novi, quod antea ignorassent, Deo et Angelis in„ notesceret) sed hoc multis magnisque de causis fie-

„ bat, eo quod praemonerentur Angeli, ut concederent locum amico regis propter honorem regis, ut ingredi posset, ut illi solus ministraret; pariterque ne detrimentum aliquod inferretur Sacerdoti, si de improviso ingrederetur; ideoque hoc signo recedebant ab eius conspectu, et concedebant illi locum, ut regi ministraret; pariterque in egressu erat signum, quo revocabantur, quasi Sacerdos eos revocaret, ut ad ministrandum illi reverterentur, cum jam ministerium suum absolvisset, et egrediebatur. Et dictum est: *Et non moriatur*; ad docendum, quod si illuc venisset, neque fecisset, ut eius vox exaudiretur, et de improviso ingressus esset, moriebatur; eo quod illi, qui ibi circa divinitatem ministrabant, illi occurrerent. Illudque in *Gemara Hierosolymitana Joma* plane explicatum est, quod dictum est *Levit.* 16. 17. *Nullus homo sit in tabernaculo conventus*: ne illi quidem, de quibus scriptum est *Ezechiel.* 1. 10. *similitudo autem vultus eorum facies hominis*; debebant consistere in tabernaculo conventus. Idcirco iubebatur Sacerdos dare operam, ut tintinnabulorum sonitus exaudiretur, et signum huius vocationis, et petitionis, quo ingredi liceret, singulis anni diebus servabatur, sicuti dictum est; *Ut audiatur sonitus, quando . . . ingreditur Sanctuarium*; non vero in adytum; eo quod in adyto non esset necesse, ut sonitus exaudiretur; neque illuc vestibus aureis, sed albis duntaxat ingrediebatur, et haec erat Israelis excellentia, ut summus Sacerdos in adytum ingrederetur, nullo antea edito signo vocationis, nullaque petita facultate „. Blasius autem Ugolinus in *Notis ad Maimonidis constitutiones de Vasis Sanctuarii Not.* 13. *ad n. IV. Col.* 1008. *Vol. VIII. Thesauri etc.* ita subiicit „ *Ut audiatur sonitus*, *quando ingreditur, et egreditur Sanctuarium*. Vox Aaronis ingredientis in Sanctuarium octo vestibus induti audiebatur,

,, tur (1) ,, . Quibus omnino consonant ea , quae habet auctor *Ecclesiastici*. ,, Circumpedes, et femoralia (inquit (2) de summi Sacerdotis veste loquens), ,, et humerale posuit ei, et cinxit illum ,, tintinnabulis aureis plurimis in gyro, ,, dare sonitum in incessu suo, auditum ,, facere sonitum in templo in memo- ,, riam filiis gentis suae ,, . Quare apposite in illa eadem Exodi verba subjicit Origenes (3) ,, Habeat etiam Pon- ,, tifex (ait) per indumenti circuitum ,, tintinnabula, ut egrediens Sancta det

,, ut accepta esset eius oratio; aut ut *audiatur so- ,, nitus*; sonitus pallii campanellarum motu ,, . Sivè, ut Gallicus memorati opusculi, cui titulus *Recueil etc. sur les cloches de l'Eglise*, Auctor *C.* 2. *p.* 21. observat, summus Hebraeorum Pontifex Sanctuarium ingrediens reverentiae caussa potius tintinnabulorum sono, quam ostii pulsu populo suum nuntiabat adventum.

(1) ,, Quasi dicat (inquit Tostatus *loc. cit.* ad haec verba) ,, si secus ageret, moreretur, ideo hanc ,, regulam tenere debet ,, . Et Calmetus *T.* 1. *p.* 559. ,, Quasi scilicet Deus (ait) nece se ulturum minita- ,, retur irreverentiam, si ille, non dato antea signo, ,, limen intraret ,, .

(2) *C.* 45. *vv.* 10. *et* 11.

(3) *Hom. IX. in Exodum de Tabernaculo p.* 165. *E To.* 2. *Edit. Parisien. anni* 1733.

„ sonitum, et non intret cum silentio.
„ Et haec tintinnabula, quae semper
„ sonare debent &c. „

5. Eumdem hunc adjungendi sacris vestibus tintinnabula ritum a summo Haebreorum Pontifice servatum ex allatis Scripturae locis ipse quoque recenset Josephus diligentissimus rerum Judaicarum narrator. Ejus verba praestat hoc in loco afferre. „ Summus Ponti-
„ fex (inquit ipse (1) *ex nova versio-*
„ *ne Joannis Hudsoni*) et hoc quidem
„ modo ornatur, ex vestibus memora-
„ tis nullam omittens, sed illis super-
„ induens tunicam hyacinthinam. Est
„ autem et haec talaris secundum dia-
„ lectum nostram Meeir (alii legunt

(1) *Antiquit Jud.* cit. l. 3. C. 7. n. 4. opp. T. I. pp. 141. et 142. „ Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς κοσμεῖται μὲν καὶ ταύτῃ παραλιπὼν οὐδὲν τῶν προειρημένων ἐπενδυσάμενος δὲ ἐξ ὑακίνθου πεποιημένον χιτῶνα, ποδήρης δὲ ἐστὶ καὶ οὗτος, Μεεὶρ (nonnulli legunt Μεθεὶρ) καλεῖται κατὰ τὴν ἡμετέραν γλῶσσαν. Ζώνῃ περισφίγγεται βάμμασιν οἷς ἡ πρότερον ἤνθει διαπεποικιλμένῃ χρυσοῦ συνυφασμένου. Κατὰ πέζαν δὲ αὐτῷ προσερραμένοι θύσανοι ῥοῶν τρόπον ἐκ βαφῆς μεμιμημένοι ἀπήρτηντο, καὶ κώδωνες χρύσεοι κατὰ πολλὴν ἐπιτήδευσιν τῆς εὐπρεπείας, ὥστε μέσον ἀπολαμβάνεσθαι δυοῖν τε κωδώνοιν ῥοΐσκον καὶ ῥοῶν κωδώνιον „.

„ *Methir*) nominata . Zona circumcin- „ gitur coloribus ad instar prioris va- „ riegata , auro intexto . At circa oram „ infimam ei adsutae erant fimbriae ita „ adornatae , ut mala punica colore re- „ ferrent , quibus tintinnabula aurea „ non sine multo decore inserta erant, „ ita ut inter duo tintinnabula malum „ Punicum , et inter duo mala Punica „ tintinnabulum medium penderet „ .

6. Quod si ante Mosem adhibita tintinnabula non legimus , ab Hebraeis non modo , veluti arguit Polydorus Virgilius (1) , sed ab ipso praesertim Mose , ut mihi videtur , ducenda omnino est prima tintinnabulorum origo , et inventio . Nam apud *Ecclesiasticum* (2) perspicue traditur , quod „ sic pulchra „ ante ipsum (3) non fuerunt talia usque

(1) Ipsorum autem tintinnabulorum usus (ait *de rer. invent. l. 6. C. 12.*) „ ab Hebraeis itidem manavit „ .

(2) *Loc. cit. v.* 15.

(3) Referri certe hoc in loco debet expositio huius versiculi , quam tradit Cornelius à Lapide *p.* 945. *Comm. in Ecclesiasticum* . „ Sic pulchra (inquit) *ante* „ *ipsum non fuerunt talia usque ad originem* Scilicet „ ab origine mundi : graece enim est ἑώς αἰῶνος , id

„ ad originem „ . Nisi forte haec de venustate, de forma, et de perfectione illarum vestium, ac rerum etiam ipsis vestibus adjunctarum non quidem de invento ipso intelligere volueris.

7. Joannes Spencerus (1) hujus rei

„ est . *usque in saeculum* , id est a saeculo , et ab „ origine saeculi . Minus recte aliqui legunt *usque ad* „ *Orientem* q. d. Ab Oriente mundo , quod idem est „ cum ab origine mundi . q. d. Esto repetas acta „ praecedentium saeculorum usque ad originem mun- „ di , nil tam pulchrum in vestibus Sacerdotum , nul- „ lum ornatum sacrum ita speciosum , ita augustum in- „ venias atque fuit amictus Aaronis ; quia eum fe- „ cit Beseleel arte , non humana sed divina , sive a „ Deo caelitus sibi infusa , *Exodi* 31. , quae autem „ divina sunt , omnem artem humanam superant , ait „ Palacius .

(1) Joannes Spencerus in dissert. de *Urim et Thummim Sect.* 2. *N.* 5. *Col.* 585. apud Ugolinum *T. XII. Thesauri* . „ Non est incongruum opinari (ait) Sacer- „ dotis summi campanulas ab usitata cultus Aegyptia- „ ci pompa , tamquam exemplari prima principia pe- „ tiisse . Nam apud Aegyptios (*Alex. ab Alex. l.* 4. „ c. 2.) , et alios instituto vetustissimo comparatum „ erat , ut omnia sistris , et crepitaculis inter sacra „ late personarent : et Israelitarum infantia ab huius- „ modi crepundiis , et crotalis non potuit exemplo „ ablactari . Huic opinioni Plutarchus (*Symposiac. l.* 4. „ *Qu.* 5. *p.* 672.) testimonium non plane spernendum „ dicit . nam Sacerdotis Maximi mentionem faciens , „ κώδωνες , inquit πολλοὶ κατακρέμανται τῆς ἐσθῆ- „ τος , ὑποκομπῶντες ἐν τῷ βαδίζειν , ὡς καὶ παρ' ἡμῖν

auctorem nec Mosem esse vult, nec quemlibet alium Hebraeorum, sed contendit eos tintinnabulorum morem ab ipsis Aegyptiis traxisse. Ait enim istos in sacris obeundis adhibuisse crepitacula, et sistra; atque Plutarchum de hoc Hebraeorum ritu loqui „ cum id ageret, ut instituta „ illa varia recenseret, quae „ Judaeos ab Aegyptiis, aut aliis gen„ tibus accepisse credidit „.

8. Verum quis uni credat Plutarcho de re loquenti, quae plurimis ante ipsum annis facta est? Num eius fortasse fidem vetustiores alii adjuvant Scriptores? Minime. Ii enim vel maxime silent, ac etiam illi, qui de ipsis Hebraeorum, et Aegyptiorum moribus, atque ritibus diligenter egerunt „ Au„ ctores omnes (apposite ait Natalis Ale-

„ ψόφοις χρῶνται περὶ τά νῦν τέλεια. *Multa tintinna-* „ *bula dependent de veste Pontificali, quae inter am-* „ *bulandum strepitum edunt, prout apud nos hodie soni-* „ *tibus utuntur inter sacrificia*. Hec autem asserit au„ ctor ille, cum id ageret, ut instituta illa varia recen„ seret, quae Judaeos ab Aegyptiis, aut aliis Gentibus „ accepisse credidit. „

„ xander (1)) quorum testimoniis pro-
„ bare nituntur legis Mosaicae ritus
„ plerosque inter gentes olim usitatos,
„ et a Deo ex moribus gentium in le-
„ gem, cultumque suum translatos, lon-
„ ge remoti sunt a Mosaicorum tempo-
„ rum antiquitate. Ex ipsis itaque col-
„ ligi nòn potest, ritus illos ante Moy-
„ sem in usu fuisse Gentium illarum.
„ Facessant itaque in hoc argumento
„ *Herodotus*, *Pausanias*, *Diodorus*
„ *Siculus*, *Lucianus*, *Plutarchus*,
„ *Apuleius*, *Macrobius*, *Homerus*,
„ *Martialis*, *Ovidius*, *Virgilius*,
„ poetae omnes, quorum nomini-
„ bus, ac sententiis opus suum eru-
„ ditus *Spencerus* implevit. Hi enim
„ de ritibus (ut dixi) in sacris gen-
„ tium, de quibus scribebant, sua etate
„ frequentatis testes idonei esse possunt,
„ non de ritibus ante Mosis tempora
„ usurpatis „. Neque id praeterea reti-
cuisset Scriptura, ne forte nos in er-
randi discrimen adduceret.

9. Quin et si rem paulo diligen-

(1) *In Hist. Ecclesiast. Veter. Testam. Aeta. mundi IV. Dissert. III. Art. I. Prop. 3. To. I.*

tius, et intimius inquiramus, exploratissimum erit, ritus illos, ac sacras Haebreorum caeremonias, quae cum Ethnicis paullisper conveniunt, potius ab illis ad Gentes, quam hinc ad Hebraeos manasse. Prae aliis rem manifestam facit Josephus Hebraeus sic loquens „ Quin et jampridem (ait (1)) „ nostrorum Dei colendi rituum imi„ tandorum quamplurimis desiderium „ incessit, neque ulla Graecorum urbs „ est, vel Barbarorum, neque ulla „ gens, ad quam non pervenerit septi-

(1) *L.2. contra Apionem n.39.p.494. T.2.* „ Οὐ μὴν (*ait*) ἀλλὰ καὶ πλήθεσιν ἤδη πολὺς ζῆλοσ γέγονεν ἐκ μακρῦ της ἡμετέρας εὐσεβείας. Οὐδ' ἔστιν ὲ πόλις Ἑλλήνων, ὐδ' ἡτισοῦν, ὐδὲ βάρβαρος, ὐδὲ ἓν ἔθνος, ἔνθα μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος ἣν αργῦμεν ἡμεῖς, τὸ ἔθος ὲ διαπεφοίτηκε, καὶ αἱ νηστεῖαι, καὶ λύχνων ἀνακαύσεις, καὶ πολλὰ τῶν εἰς βρῶσιν ἡμῖν ὐ νενομισμένων παρατετήρηται. Μιμεῖσθαι δὲ πειρῶνται και τὴν πρὸς ἀλλήλυς ἡμῶν ὁμόνοιαν, ϰ τὴν τῶν ὄντων ἀνάδοσιν, ϰ τὸ φιλεργὸν ἐν ταῖς τέχναις, ϰ τὸ καρτερικὸν ἐν ταῖς ὑπὲρ τῶν νόμων ἀνάγκαις. Τὸ γὰρ θαυμασιώτατον, ὅτι χωρὶς τῦ τῆς ἡδονῆς ἐπαγωγῦ ὲ δελεαστὸς αὐτός καθ' αὑτὸν ἴσχυσεν ὁ νόμος ϰ ὥσπερ ὁ θεὸς διὰ παντὸς τῦ κόσμυ πεφοίτηκεν ὕτως ὁ νόμος διὰ πάντων ἀνθρώπων βεβάδικεν. Αυτὸς, δὲ τὶς ἕκαστος τὴν πατρίδα, ϰ τὸν οἶκον ἐπισκοπῶν τῦ αὐτῦ, τοῖς ὑπ' ἐμῦ λεγομένοις ὐκ ἀπιστήσει „.

„ mi diei , quem otiosi traducimus , „ celebrandi consuetudo , et apud quam „ jejunia , et lucernarum incensiones , „ et multa , quae nobis comedere nefas „ est , observentur . Conantur autem „ mutuam nostram imitari concordiam , „ et bonorum largitionem , et in artibus „ exercendis sedulitatem , et tolleran- „ tiam in tormentis , quae pro legibus „ nostris sustinemus . Etenim , quod est „ omnium maxime admirandum , citra „ voluptatis illecebram ipsa per se lex „ invaluit : ac sicuti Deus universum „ mundum permeavit ; ita lex universos „ mortales pervasit . Quod si suam quis- „ que patriam , domumque considera- „ verit , is meis dictis non diffidet „ . Infinitus profecto essem , si omnia veterum auctorum loca in huius rei confirmationem hic ego congerere vellem . Fusius tamen id prae aliis pertractavit Claudius Frassenius (1) , qui , plurimis allatis antiquorum scriptorum testimoniis , demonstravit , non ritus tantum , et sacras ceremonias , sed et alia plura

(1) *Diquisit. Biblic. l. 1, C. 4. et 5.*

gentes ab Hebraeorum moribus, et imitatione hausisse: Quae certe ostendunt omnia, quam vehementer erraverint Joannes Spencerus Theologus Anglus (1), Marshamus item Anglus eques auratus (2) et Hermannus Witsius (3) arbitrantes, ac asserentes, Hebraeos ab Ethnicis gentibus tintinnabulorum traxisse usum. Quem porro errorem nec satis ipse cavit vir caeteroquin eruditissimus P. Athanasius Kircherus (4).

10. Quis praeterea dixerit, Deum rituum Hebraicorum auctorem sivisse, Israelitas gentium Ethnicarum, ac prae-

(1) In opere inscripto De *legibus Hebraeorum ritualibus earumque rationibus*.

(2) *In Canone Chronico Aegyptiaco, Hebraico-Graeco. Londini an.* 1672. *in fol.*, ac deinde *Lipsiae an.* 1676. *cum* Praefat. Ottonis Menckenii, qua variae Marshami Opiniones maxime de ritibus ab Aegyptiis ad Hebraeos translatis notantur, ac *Franeckerae an.* 1696. *in* 4.

(3) *In Egyptiacis, sive de Aegyptiorum sacrorum cum Hebraicis collatione l.* 1. *C.* 10. *apud Ugolinum Thesauri Vol.* 1. *Col.* 796.

(4) Tum in *Oedipo*, tum in alio Opere, quod inscripsit *De Musicis instrumentis*, *et Schilte Haggiberim ex Hebraeo in Latinum*.

sertim Aegyptiorum mores, et caeremoniïas in legem, cultumque suum transferre, postquam ipse tanto studio illarum imitationem iisdem prohibuit? Nonne aliter omnino, ac gentium Dii venerabantur, sibi venerationem, et honorem tribui Hebraeis demandavit? „ Cave, (inquit (1)) ne imiteris eas,
„ postquam te fuerint introeunte subversae, et requiras caeremonias earum
„ dicens: sicut coluerint Gentes illae
„ Deos suos, ita et ego colam; Non
„ facies similiter Domino tuo. Omnes
„ enim abominationes, quas aversatur
„ Dominus, fecerunt Diis suis, offe-
„ rentes filios, et filias, et comburen-
„ tes igni. Quod praecipio tibi, hoc
„ totum facito. Domino nec addas quid-
„ quam, nec minuas „. Et alibi (2) morum praesertim, et rituum Aegyptiacorum similitudinem Hebraeis expresse interdixit Dominus. Sic nanque illo in loco ait. „ Ego Dominus Deus vester.
„ Juxta consuetudinem *terrae Aegypti*,

(1) *Deuteron.* C. 12. vv. 30. 31. *et* 32.
(2) *Levit.* C. 18. vv. 2. 3. *et* 4.

„ in qua habitastis , non facietis ; et
„ juxta morem Regionis Chanaan , ad
„ quam ego introducturus sum vos ,
„ non agetis , nec in legitimis eorum
„ ambulabitis . Facietis judicia mea , et
„ praecepta mea servabitis , et ambula-
„ bitis in eis , Ego Dominus Deus ve-
„ ster „ .

11. Fieri ergo nullatenus potuit, Mosem in ritualibus Hebraeorum legibus constituendis gentium , ac praesertim Aegyptiorum mores , consuetudinesque sequutum esse , postquam adeo solemniter Deus ipse id ei prohibuerat . Dicendum itaque , novos ab eo ritus , novasque caeremonias ab illis Ethnicorum penitus alienas conscriptas tunc , et sancitas fuisse . „ Moses , (apposite ait
„ Tacitus (1)) quo sibi in posterum
„ gentes firmaret , novos ritus , contra-
„ riosque caeteris mortalibus indidit .
„ Profana illis omnia , quae apud nos
„ sacra . Rursum concessa apud illos ,
„ quae nobis incesta „ .

(1) *Hist. l.* 5. *p.* 794. *T.* 3. *Opp. Edit. Venetae an.* 1708. *in usum Delphini.*

12. Sileant ergo necesse est Marshamus, et Spencerus, ac omnes, si qui sunt, eorum asseclae, itemque Johannes Braunius, qui (1) licet candide fateatur, Aegyptios ab Hebraeis plures petere valuisse ritus, et eos, qui aliter sentiunt, refellat, dubius tamen, ac anceps haerens (2) asserit „ hactenus sub „ judice litem esse, utrum Judaei ritus „ suos, et sacra hauserint ab Aegyptiis; „ an vero Aegyptii a Judaeis „ ac etiam (3) neminem dicere nobis posse „ utrum Aegyptiorum sistra, et crepi- „ tacula antiquiora sint summi Ponti- „ ficis Hebraeorum tintinnabulis; an ve- „ ro tintinnabula Hebraeorum sistris, et „ crepitaculis Aegyptiorum„. Atque hinc est,quod fere omnes docti eruditique viri tum Catholici, tum Heterodoxi vehementissimum hunc errorem refellendum aggressi sint. Illorum nanque sophismata plenissime diluerunt tum Claudius Fras-

(1) In opere inscripto *Vestitus Sacerdotum Hebraeorum l.* 2. *C.* 20. §. 624. *pag.* 598. Ed. *anni* 1701.
(2) *Ibidem*.
(3) *Ibidem*.

senius (1), tum Natalis Alexander (2), tunc Jacobus Triglandius (3), tum Johannes Benedictus Carpzovius (4), tum Salomon Deylingius (5), tum Johannes Franciscus Buddeus (6), tum ii omnes alii, quos recensuit Christophorus Matthaeus Psaffius (7).

13. Pervetustos tamen Hebraeos, Mosis nimirum aevo viventes illa occasione non quibuslibet tintinnabulis, sed iis tantum ex auro confectis fuisse usos, evidentissime constat. Non enim eadem alterius speciei fuisse legimus. Figura vero, quam eadem praeferrent,

(1) *Loc. cit.*

(2) *Loc. cit. To. I. p. 320. et seq.*

(3) *De origine et caussis rituum Mosaicorum apud eumdem Ugolinum To. I. Col. 720.*

(4) *Ad Schikardum de jure regio ibidem T. 24. Col. 375.*

(5) *In observationibus sacris.*

(6) *In Hist. Ecclss. vet. Testam. T. I. Per. I. sect. 3. ad §. 32., et Per. II. sect. 1. ad §. 31. Edit. an. 1744., et in Isagoge Historico-Theologica ad Theologiam Universam, singulasque eius partes libri posterioris 6. de Hist. Ecceles. §. 3. pp. 786. et 787. T. 2. edit. Lipsien. an. 1730.*

(7) *In Dissert. praelim. de libri pretio et erroribus, deque auctoribus, qui contra Spencerum scripserunt*, praemissa operi eiusdem Spenceri *ed. Tubingae anni* 1732.

penitus ignoratur, nec a nobis (1) ea, Scriptura silente, ullatenus praefiniri valet.

14. Ne quis vero putet, antiquissimis illis temporibus apud Hebraeos tintinnabulorum usum in vestibus fuisse adeo pervulgatum, ut omnibus pateret, sed iis tamquam de re valde decora, et sacra summus Sacerdos tantum, ejusque filii, et nepotes uti poterant, quemadmodum praetiosae illae, ac admodum ornatae vestes nuper a nobis recensitae ab his duntaxat adhiberi poterant. „Non est indutus illa (habetur „ apud *Ecclesiasticum* (2)) alienigena „ aliquis, sed tantum (3) filii ipsius

(1) Consulatur huius nostri operis *Appendix C. 1. §. 9.*

(2) *C.* 45. *v.* 15.

(3) Ita hunc locum interpretatur cit. loc. idem Cornelius a Lapide. „ *Non est indutus illa* (corona, „ sive lamina aurea praeferente nomen Jehova, re„ liquaque veste sacra Aaronis) *alienigena aliquis*, „ *sed tantum Filii ipsius soli*, *et nepotes ejus per* „ *omne tempus*. *Per alienigenam* non tantum intellige „ Gentilem, sed et Judaeum oriundum ex alia tribu, „ et familia, quam Levi, et Aaronis, Solus enim „ Aaron, ejusque filii, et nepotes primogeniti succe„ dentes Patri in pontificatum poterant indui vesti-

„ soli , et Nepotes ejus per omne tem-
„ pus „ .

15. Quam porro consuetudinem sacras, profanasque vestes tintinnabulis exornandi ad alias quoque Gentes antiquitus pertransiisse scimus. Constat enim Persarum reges, veluti refert *Targum Scheni* (1), extremam vestis oram malogranatis, et tintinnabulis aureis instar summi Sacerdotis Judaeorum ornatam habuisse. Ac item apud eos in au-

„ bus hisce pontificalibus. Quo significatur Primo,
„ magnum privilegium Aaronis, quod scilicet non tan-
„ tum ipsi, sed et posteris ejus, iisque solis a Deo
„ addictus, ac jure qaasi haereditario appropriatus
„ sit pontificatus. Secundo magnam dignitatem, et
„ sanctitatem vestium pontificalium, utpote quibus
„ nemo nisi posteri Aaronis, iique pontifices indui
„ possent. Tertio, Allegorice significabat unum fo-
„ re in lege nova Pontificem, scilicet Christum, quem
„ figurabat Aaron, cujus vicarii, et successores futu-
„ ri essent Pontifices Romani, qui simili vestium
„ splendore suum, imo Christi decorem, auctorita-
„ tem, majestatem repraesentarent. Ut enim esset
„ una Ecclesia, voluit Christus, unum ejus esse ca-
„ put, scilicet Pontificem: sicut enim in uno corpore
„ humano unum est caput, quod reliqua membra re-
„ git: ita in corpore mystico Ecclesiae unum sit
„ caput oportet, cujus membra sint reliqui fideles,
„ qui a capite hoc regantur „ .

(1) *Targum Scheni in Ester. C. VI.* ℣. *X.* memorat Regis Assueri vestibus tintinnabula fuisse ap-

la regia, veluti narrat Calmetus (1), ab iis, qui conclavia erant ingressuri, Hebraici moris imitatione, rei alicuius tinnitu vel sono aliquod antea plane dandum erat indicium. Recentioribus vero temporibus Matresfamilias apud Arabes, ut narrat Bugeron (2), tum in obsequium, tum ad delicias regis crepitaculis ornabant crura, collum, et cubitum manuum. Nam, cum movebantur, gratum reddebant concentum, atque ad eorumdem sonitum mulieres choreas ducebant. Rursus apud eosdem foeminae principes non quidem tintinnabula, sed quosdam annulos tintinnabulis fere similes in cruribus habebant. Hi enim annuli erant cavi, et quosdam interius continebant lapillos, qui dum in gra-

pensa. „ Et dixit Rex Hamani (sunt eius verba) Abi „ cito ad thesaurum regium, et accipe inde aurum „ ex tegumentis purpureis optimis, et accipe inde „ vestes sericas optimas peraginas (*leg.* parnadinas) „ et Metaxam cum lapidibus pretiosis, et margaritis „ appensis in quatuor angulis ejus, et tintinnabulis „ aureis, et malogranatis undique appensis „.

(1) *In Dictionario sacrae Scripturae art. Tintinnabula T. 2. pag.* 473. *Col.* 2. *edit. an.* 1747.

(2) *In tractatu de Caravanis Gallice edito L.* 82.

diendo agitabantur, crepitabant, sonumque reddebant (1).

16. Tintinnabulis etiam Graeci, ut refert Passerius (2), vestes *prodromorum* seu *anteambulonum* populi monendi caussa, ut via excederet, instruebant; idemque tintinnabulorum in vestibus usus communis quoque pervetustis fuit Hetruscis, tum, sicut apud eumdem legitur Passerium (3), quoties

(1) De istis Arabum mulierum annulis loquitur Darvieux in opere Gallice edito cui titulus *mores Arabum C.* 17. *p.* 265. Verum audiendus etiam est Calmetus, qui in *Dictionario S. Scripturae T.* 2. *pag.* 473. sic loquitur „ Foeminae Principes apud Arabes crura habent „ adstricta amplioribus annulis, aureis, cavis, intus „ continentibus lapillos, qui cum inter gradiendum agitentur, crepitant; vel etiam ferunt ampliores circulos „ insertos tenentes alios minores, qui affrictu invicem suo sonant grate. Porro annuli illi non perficiunt circulum, sed cornuti sunt instar Lunae; „ ut crus medium excipiant. Praeter haec suspensas „ gerunt ad cincinnos retro post occiput longis plexibus pendentes laminulas quasdam teretes, quae „ capitis agitatione edunt tinnitum, monentes domesticos, matrem familias ante illos pertransire, quare componant se in obsequii significationem; externos vero, ut è loco sese submoventes transeuntem illam foeminam curiosius non indagent „.

(2) *Picturae Etruscorum in Vasculis Vol.* 2. *p.* 3. Consulatur *Adn.* 2. *seq. p.* 39., ubi eius excribuntur verba.

(3) *Ibidem utrobique.*

ingens aliquod, ac publicum laetitiae indicium extrinsecus significari vellet, tum praesertim eiusdem rei forsitan caussa in conviviis, ubi eorum mulieres psaltriae sonoris hisce induebantur vestibus, perinde ac antiquissimi cuiusdam vasculi pictura, quam idem (1) attulit, ac (2) pandidit Passerius, evidenter ostendit, sonoris hisce induebantur vestibus. Vestibus item vigilum adiungere tintinnabula Romani (3) consuevetunt. Ac Ethnici communiter, quemadmodum suo deinceps palam fiet (4) loco, Bacchantium vestes ob magnum excitandum in Bacchicis orgiis strepitum, atque sonum ornabant.

(1) *Ibid. Tab.* 102.

(2) *Ibidem* „ Psaltriae geminae (inquit) in Etrus„ corum conviviis usitatissimae adstant una cum ba„ cillis . . . . . Mulier altera eiusdem instituti exo„ mide superinduta est, tintinnabulis undique re„ ferta, quae ad singulos motus perstreperent. Apud „ Graecos prodromi, sive anteambulones simili veste „ extitere, Κωδωνοφόροι appellati, veluti monitores, „ ut populus via excederet. Apud Etruscos vero id „ gestamen omnino laetitiae attributum est; nam pas„ sim obiiciemus Geniorum imagines lineas codonum „ gestantium „.

(3) Consulatur *C.* 7. §. 7.

(4) C. 2. §§. 26. 27. 28. et 29.

17. Recentiori aetate, licet Synagoga penitus sublata, Mosaici quoque obsoleverint ritus, apud illos tamen, qui medio aevo floruerunt, Christianos servatus adhuc est hujusmodi usus et consuetudo. Seu enim (1) tunicis, seu (2)

(1) *In Missa veteri*, quae extat in codice Ratoldi Abbatis Corbejensis verba facientis de Episcopo apud Du Cange in *Glossario mediae et infimae Latinitatis T. 6. art. Tunica cum tintinnabulis pag.* 1340. *edit. Paris. an.* 1733. - 1736. haec leguntur „ Super haec „ itaque ministretur ei (Episcopo) tunica gyris in „ tintinnabulis mirifice referta „ . Atque *vita S. Hilarii Arelatensis* apud eumdem Du Cange *art. Tinniolum cit. To. 6. pag.* 1150. ita refert . „ Videt, se sa„ cris interesse mysteriis, intuetur tunicae Aaron quon„ dam Pontificis tegmine decoratum . . . . . Tinniola „ enim commota gressibus incedentis, et intrinsecus „ malogranatis illisa clarum personabant extrinsecus, „ salutiferumque tinnitum „ . Ac, ut infra subiicitur „ Fulsit logium pietatis, justitiae byssinum, conti„ nentiae cingulum, praedicationis tinniolum, malo„ granata bonae spei opere, et sermone jugitur so„ nuerunt „ .

(2) Martenius *in Thesauro anecdot. T. 5. p.* 99. mysticam Christiani huiusce ritus tradens significationem memorat non modo tunicam sed et pallium quoque tintinnabulis refertum „ Palleum vero (ait) in „ Pascha cum tintinnabulis Eucharistia velatus instar „ veteris Testamenti, ubi tunica Sacerdotis plena „ tintinnabulis signans verba praedicationis ostendi„ tur „ .

palliis, seu (1) Cappis, seu (2) casulis per Episcopos, vel Sacerdotes adhiberi solitis, seu (3) pluvialibus, seu (4)

(1) Anonymus *de Miraculis S. Hugonis Abbatis Cluniac.* apud Du Cange *To. 2. art. Capa cum tintinnabulis p.* 209. haec habet ,, . Tunc misit Rex domno ,, Abbati et sacro Conventui Capam sane auream to- ,, tam, in qua vix nisi aurum apparet, vel ele- ,, ctrum, vel margaritarum textus, et gemmarum ,, series: inferius autem undique tintinnabula reso- ,, nantia, ipsaque aurea pendent ., . Item in *Cluniacensibus Constitutionibus* apud Hergottum *p.* 346. *De Festo Assumptionis B. M. V*, haec leguntur. ,, In hu- ,, iusmodi festis tantum illae cappae deauratae, in ,, aliquibus quarum etiam aureae scillulae (vel Campanulae) ,, dependent ab armario, et his, qui cum ,, eo induuntur ,, .

(2) Gerbertus in *Liturgia Alemannica* To. I. *Disquis.* 3. *C.* 3. *de vestibus sacris p.*241. perhibet, suo tempore adhuc servari Leodii in Thesauro Ecclesiae Cathedralis plures casulas, et cappas tintinnabulis ornatas.

(3) Pacichellius in *lucubrat. De tintinnabulo Nolano C.* 1. *p.* 8. testatur, se vidisse ,, Pluvialia hu- ,, iusmodi (veluti ait) Possonii in inferiori Hungaria, ,, Strigonio translata, et Barii apud Appulos in D. Ni- ,, colai sacello ac Thesauro cum argenteis campanu- ,, lis ,, .

(4) Riculfus Episcopus Helenensis in suo Testamento an. 913. memorat, ut legitur apud Ducange *To.* 6. *Art. Stola cum tintinnabulis p.* 749. ,, ,, Stolas ,, quatuor cum auro, una ex illis cum tintinnabu- ,, lis ,, Martenius *De antiquis Ecclesiae ritibus l.* 1. *C.* 4. *art.* 1. §. 12. *To. 1. p.* 126. *Ed. Ven.* *anni* 1788.

sacris demum stolis , et (1) manipulis tintinnabula , eademque aliquando etiam sive (2) aurea , sive (3) argentea inesse consuevisse constat. Quorum certe tintinnabulorum loco in sacris Christianorum stolis, aliisque vestibus vel aurea, vel argentea, vel etiam serica filamenta eorumdem extremitatibus instar tintinnabulorum adsuta hisce nostris animadvertimus temporibus. Quare hinc Gerbertus (4) recte infert „ fal-

narrat, se apud Surium *die V. Junii C.* 10. de suppellectili Monasterii Abdingoffensis a S. Meinwercio Paderbonensi Episcopo aedificati in ejus *vita* legisse, quod reperirentur „ Stolae auro textae VII. , ex quibus una habuit XXVII. tintinnabula, alia XXI. „.

(1) *In Monastico Anglic.To.*3. *p.*317. apud eumdem Du Cange *ibid.* habetur „ Stola, et Manipuli cum imagi- „ nibus, et in extremitatibus cum campanulis argenteis „. Atque *Obituar.S. Martial.Lemov.ex Cod.reg.*7877.*fol.*3.1. apud Carpentier in *Glossario novo* seu *supplemento ad auctiorem Glossarii Cangiani editionem* tum *To.*1.*art.Chillae p.* 942. , *tum To.* 3. *art. Stola cum Chillis p.*878. ita subiicit „ Fulchertus levita fieri jussit . . . . Stolam „ auream plenam cum Chillis (idest tintinnabulis vel Campanis minoribus , ut vocabulum *Chillae To.* 1. *loc. cit.* explicat Carpentier) . „ Durantus jussit fieri . . . . „ unum manipulum aureum cum Chillis „.

(2) Vide *Adnot.* 1. *p.* 41.

(3) Vide *Adnot.* 3. *p.* 41.

(4) *De Musica sacra T.* 2. *l.* 3. *C.* 3. *n.* 17. *pp.* 163. et 164.

„ li Christianum Schoettgenium , dum „ in peculiari dissertatione *de Nolis in* „ *vestitu* sibi probandum assumit, no- „ larum in vestibus in Gallia, et Ger- „ mania usum nonnisi saeculo XV. in- „ valuisse „ . Quin et sacris lipsanis argentea quandoque olim appendi tintinnabula novimus . Pacichellius (1) enim perhibet prope Ubios in Jeni Monte , sacroque Monachorum Brunsfeldensium coenobio adhuc sua aetate, anno videlicet 1693., in pulvinari asservari , et venerari caput S. Apollinaris Archiepiscopi , et Martyris Ravennatensis, appensis argenteis tintinnabulis .

18. Sed vehementer etiam idem errat Pacichellius , qui hanc eamdem consuetudinem ab Ethnicis quodammodo in Christianam Ecclesiam pertransiisse putat inquiens (2) „ Quae vestiendi forma ab Ethnicis penitus non alie- „ na ; (3) Procerum enim hoc modo

(1) *In cit. Lucubr. C.* 1. *pp.* 8. *et* 9.

(2) *Ibid. p.* 9.

(3) Carolus etiam Du Cange in *cit. Glossario To.* 6. *Art. Tintinnum* per errorem putat , Apulejum loqui de consuetudine procerum sui temporis adjungendi propriis vestibus tintinnabula .

„ *lib* 10. Apulejus efformavit *Pictilibus* „ *baltheis, et tintinnabulis perangustis* „ *exornatum* „. Non modo enim nullam sacrarum vestium, sed neque hominis iisdem induti mentionem eo in loco injicit Apulejus, ast asini duntaxat, in cujus formam se versum, ac ab omnibus ita creditum fuisse fingit, atque hunc „ tintin„ nabulis perargutis (i. e. sonoris (1)) „ (non quidem *perangustis*, ut forsitan errore typographi apud Pacichellium legitur) „ exornatum „ narrat (2). Quod

(1) A veteribus auctoribus quandoque pro *sonoro et canoro* vocabulum *argutus* accipitur, quemadmodum, ut caeteros praeteream, praesertim legitur apud Virgilium inquientem

„ Argutos interstrepere anser olores „

et apud *Col. l.* 9. *C.* 5, scribentem „ Vitentur cavae ru„ pes, et argutae valles, quas Graeci ἠχοῦς vocant „. Cuiusmodi et significatio est verbi veteris *argutari ab argutus* deducti, quod perinde se habet ac *loquaciter* seu *procaciter loqui*, sicuti perspicue animadvertitur tum apud Naevium in *Fragm.*, tum apud Plautum *Amphitr. Sc.* 1. *A.* 1, tum apud alios complures.

(2) *Metamorphoseos sive de Asino aureo l.*10.*pp.*619. *et* 620. *Edit. Lugdun. anni* 1614. sic de se in Asini formam verso loquitur Apulejus „ Spretis luculentis (in„ quit) illis suis vehiculis, ac posthabitis decoris etc. „ . . . . equis etiam Thessalicis, et aliis jumentis „ Gallicanis, quibus generosa soboles perhibet pre„ ciosam dignitatem, me phaleris aureis, et fucatis „ ephyppiis, et purpureis tapetis, et frenis argenteis,

praesertim Ethnicorum maxime Orientalium, et Corinthi, ubi tunc degebat Apulejus (1), aetatis suae, medio nimirum Aerae Christianae Saeculo II. circiter (2) morem arguit equorum, et asinorum aut collo, aut ephippiis, aut caeteris demum eorumdem ornamentis, ut

„ et pictilibus baltheis, et tintinnabulis perargutis „ exornatum, ipse residens amantissime nonnunquam „ comissimis affantur sermonibus „.

(1) Id eruitur tum *ex loco cit.*, tum praesertim ex iis, quae leguntur apud eumdem p. 94.

(2) Quoniam quo anno natus sit L. Apuleius Philosophus Platonicus, ita et tempus, quo floruerit, satis certe non constat. Eum autem, tum Anastasio Sinaita, qui *Qq. in Script. XXIII.* Apollonio Tyanaeo jungit, tum Petavio, qui *Rat. temp. l.* 5. *C.* 9. Trajani, et Hadriani temporibus, tum Jonsio, qui de *Script. Hist. phil. l.* 3. *C.* 11. sub imperio Commodi, tum iis aliis, de quibus consulend sunt Pithoeus *Adv. l.* 2. *C.* 10., et Fabricius *Biblioth. Lat. T.* 1. *pag.* 514., reprehensis, et refutatis, qui sub Theodosio eumdem vixisse asserunt, medio circiter Saeculo II. Xti floruisse recte coniicit Jacobus Bruckerus in *Hist. Crit. Philos. Per.* 2. *Part.* 1. *l.* 1. *C.* 2. *sect.* 3, §. 7. *To.* 2. *p.* 171. *Edit. Lips. an.* 1766. Idem namque Apulejus, ut memorati Bruckeri *loc. cit.* utar verbis „ vixisse „ se sub Antoninis haud obscure prodidit memorans „ Lollianum Avitum, qui A. C. CXLIV. proconsul „ fuit, Claudium item Maximum, Lollium Urbicum, et Scipionem Orfitum, qui summis honoribus sub Antonino Pio, et Antonino Philosopho, „ atque Vero perfuncti sunt „.

nunc quoque apud nos Baccanalium tempore quandoque fit, non quidem vel sacris, vel profanis hominum vestibus, adjungendi tintinnabula. Quamobrem Christiani quemadmodum neque caeteros suos sacros ritus, ita neque illum hactenus recensitum ab Ethnicis hauserunt.

19. Saeculo autem XIV. ditioris, et nobilioris conditionis hominibus in more positum fuisse, ut vestibus suis adiicerent tintinnabula, tradit Eccardus (1).

20. Ad similitudinem Hebraici Sacerdotis Aaronis apud veteres Sorabos, aliosque Slavos invaluisse arbitratur Michael Postwitz Lusatus, ut Provo, qui tamquam Deus justitiae praeses ab iis colebatur, uno pede tintinnabulo insistens ab iis fingeretur. Quippe qui eius imaginem, quam nobis (2) refert „ *Ex Exod.* 28. 33. 34. 35. *et Sirac* „ 45. 1. haustam esse ait (3) „ Si-

(1) *In Legem Salicam p.* 151.

(2) Apud Hoffmannum *Rerum Lusaticarum To.* 2., Schemate pag. 62. adjuncto Fig. 1. *Edit. Lipsien. an.* 1719.

(3) *Loc. cit. de Diis soraborum. aliorumque slavorum sect.* 2. *C.* 5. §. 10. *p.* 145.

„ ve enim Aaron, (veluti pergit(1)) vel
„ Pontifex summus sacra administratu-
„ rus, Ephod pallio super fimbriis
„ Sphoerulis aureis, et tintinnabulis
„ ornato induebatur, ut audiretur so-
„ nus ejus, quando ingressus, et
„ egressus est Sanctuarium, sive ut
„ excitaretur in ipsomet Pontifice, et
„ populo Divinae majestatis reveren-
„ tia: *D.* Gerhardus de novissimis Loc.
„ T. 8. fol. 1. ita justitiae imago apud
„ Slavos pede uno tintinnabulo insiste-
„ bat, ut significaretur, reverentiam
„ justitiae apud omnes esse debere, et
„ supplantandum nunquam ...... Imo
„ tintinnabulo pede insistebat *Dice Sla-*
„ *vica*, quasi cunctaretur, signum da-
„ ret, et innueret, quod lento quidem
„ gradu ad vindictam *divina humana-*
„ *que procederet ira*, *tarditatemque*
„ *supplicii gravitate compensaret Va-*
„ *ler. Maxim. lib.* 1. *Cap.* 2. non enim
„ *campana* quod dicitur, sine *pistillo*
„ Deus Judexve est „.

21. „ Tintinnabulis legis quoque

(1) *Ibidem p.* 145. *et* 146.

„ volumen (si fides danda Novarino (1) sit) „ alicubi exornant (recentiores) „ Hebraei . Nam turriculas argenteas „ (veluti pergit) duobus hastilibus im- „ ponunt, circa quae legis liber volvi- „ tur, pendentque à turribus tintinna- „ bula „ .

CAPUT II.

De usu tintinnabulorum majorum, et minorum apud veteres in sacris tum indicendis, tum peragendis.

1. Maximus profecto apud veteres in sacris tum indicendis tum peragendis fuit quorumlibet tintinnabulorum usus. Ipsi enim Hebraei, ut ab iis hoc etiam in loco exordiar, eadem adhibuerunt. Haec siquidem tum in templo, rebusque sacris, tum in coeteris solemniis quandoque fuisse illis in usu memorat Scriptura (2). Quamvis enim vox *Mezilothaim* ab eadem adhibita interpretetur a nonnullis (3) cymbalum, hanc tamen

(1) *In Schediasmat.sacro-prophan.l.2.C.25.sub n.*134.

(2) Tum *Paralipomenon l.* 1. *C.* 15. *v.* 19. tnm *Zachariae C.* 14. *v.* 20., tum aliis etiam in locis.

(3) Consulatur Calmetus tum in *Dissert. in Musica instrumenta Hebraeorum p.*]76. *To.* 4. *Commentar. in sacr. Script.*, tum in *Dictionario sacrae Scripturae*

vocem de tintinnabulis esse reapse intelligendam asserit non modo, sed et probat Calmetus (1), qui tamen in eo fallitur, dum, postquam (2) eorum figuram sibi esse ignotam fuit ingenue confessus, sibimetipsi contradicens, eadem aerea, totidemque fuisse (3) ait lances, quae percussae tinnitu suo aerem longe lateque commoverent, ac à nostris proinde tintinnabulis penitus diversa.

2. Ac licet praeterea, teste Josepho (4), apud illos eosdem Haebreos Sacerdos ex eminenti turri tubae sonitu

Art. Musica et Mezilothaim To. 2. pag. 90. Edit. Ven. anni 1747.

(1) *Citatis in locis*. „ Sunt (ait in *Diction. ibidem Col.* 2.) „ qui eam vocem (*Mezilothaim*) „ reddant *cymbala*, alii malunt *tintinnabula*. Za- „ charias praedicit futurum, ut in mezilothaim equo- „ rum scribatur : *Sanctum Domino* (*C.* 14. *v.* 20.), „ ex quo colligere videmur, hanc vocem de tintinna- „ bulis intelligendam esse, cum veteri more equis ad „ bellum destinatis tintinnabula appenderentur, ut stre- „ pitui ferendo assuescerent „. Quod aliis licet verbis innuit quoque *art. Tintinnabula pag.* 473. *col.* 2. nec non *in citata Dissertatione*. Sed consulenda quoque sunt ea, quae hac eadem de re leguntur *Cap.* 9. §. 14. huius eiusdem nostri operis.

(2) *In Diction. Art. Tintinnabula ibidem.*

(3) *In Cit. Dissert. ibidem*. (4) *De bello Jud. l.* 5. *C.* 9.

populo sabbata denuntiare consueverit, tubam tamen idem Josephus (1) com-

(1) Antiq. *Jud. l.* 3, *C.* 12. *n.* 6. *pp.* 186. 187. *et* 188. ,, Εὗρε δὲ καὶ βυκάνης τροπὸν (ait) ἐξ ἀργυρίου ποιησάμενος. Ἔστι δὲ τοιάυτη. Μῆκος μὲν ἔχει πηχυαῖον ολίγῳ λεῖπον. στενὴ δ᾽ἔστι σύριγξ αὐλοῦ βραχὺ παχυτέρα, παρέχουσα δὲ εὖρος ἀρκοῦν ἐπὶ τῷ στόματι πρὸς ὑποδοχὴν πνεύματος, εἰς κώδωνα ταῖς σάλπιγξι παραπλησίως τελοῦν. Ασωσρὰ καλεῖται κατὰ τὴν Εβραίων γλῶτταν. Γίνονται δὲ δύο· καὶ τῇ μὲν ἑτέρᾳ πρὸς παρακέλευσιν, καὶ συλλογὴν ἐχρῶντο τοῦ πλήθους προς τὰς ἐκκλησίας. Καὶ μίαν μὲν ἀποσημάναντος, ἔδει τὰς ἀρχὰς συνελθεῖν σκεψομένας περὶ τῶν οἰκειων αμφοτοτεραις δὲ συνῆγε το πλῆθος. Τῆς δε σκηνῆς μετακινουμένης ταυτα ἐγίνετο. Ἀποσημάναντος γὰρ τὸ πρωτον, οἱ παρὰ ταῖς ανατολαις ἐσκηνωκότες ἀνίσταντο· καὶ πρὸς τὴν δευτέραν, οἱ πρὸς τὸν νότον αὐτῆς καθεστωτες. Εἶθ᾽ ἡ σκηνὴ λυομένη, μέση τῶν προϊουσῶν ἓξ φυλῶν ἐκομίζετο, καὶ τῶν ἑπομένων ἓξ. Λευῖται δὲ περὶ τὴν σκηνὴν πάντες ἦσαν. Τρίτον δὲ σημάναντος, τὸ κατὰ λίβα τετραμμένον των εσκηνωκότων μέρος ἐκινεῖτο. καὶ τέταρτον, τὸ κατὰ βορρᾶν. Ταις δὲ βυκάναις εχρῶντο καὶ ἐπὶ ταις ἱερουργίαις πρὸς αἷς προσαγοντες ἦσαν τας θυσίας, καὶ τοῖς Σαββάτοις, καὶ ταῖς λοιπαις ἡμεραις. Θύει δὲ τότε πρωτον, μετὰ την ἀναχώρησιν τὴν ἐξ Αἰγύπτου, τὴν Πάσχα λεγομένην ἐπὶ τοῦ ερήμου. ,, Nimirum ,, Primus autem et buccinae ,, formam excogitavit, *illam* ex argento fabricari faciens. Ad hanc autem modum se habet. Longitudine quidem est paullo minus cubitali: sed fistula eius angusta est, tibia crassior aliquantulum, ea vero oris amplitudine, quae ad spiritum excipiendum idonea fit, similiter ac tuba in Campanulam desinens. Hebraica lingua vocatur Asosra. Duae autem factae sunt: et altera quidem ad populum exciendum, et in concionem congregandum uteban-

memorat, campanulam, et buccinam, cornu scilicet recurvo instar tubae inflari solito „ oris amplitudine (verba sunt Josephi), „ quae ad Spiritum excipiendum idonea „ sit, similiter ac tuba in Campanu- „ lam desinens „.

3. Haec Josephus, qui dum de multiplici buccinarum usu apud veteres Hebraeos sermonem habet, (nam iis, velut ipse perhibet, et (1) plebs, universusque populus seu excitabatur, seu ad concionem, seu ad alia quaeli-

„ tur. Etenim una signum dante *Sacerdote*, princi- „ pes convenire oportebat ad consultandum de rebus „ suis; utraque vero populum universum convoca- „ bat. Quoties autem Tabernaculum moveretur, haec „ fieri consueverunt. Cum primum buccina signum „ daretur, qui ad Orientem tentoria collocarant, exci- „ tabantur: iterumque sonante buccina, qui ad me- „ ridionalem Tabernaculi plagam tetenderant. Deinde „ Tabernaculum dissolutum medium portabatur inter „ sex tribus praecedentes, et sex subsequentes. Le- „ vitae vero omnes circa Tabernaculum erant. Ad „ tertium autem sonitum pars castrorum occidentalis „ movebatur: ad quartum vero septentrionalis. His „ buccinis utebantur etiam in sacris ministeriis, „ quandocumque victimas ad aras adducebant, tam „ Sabbatis, quam caeteris diebus. Tunc autem pri- „ mum, post discessum ex Aegypto, sacrificium Pa- „ schale dictum celebratur in deserto „.

(1) *Loc. cit.*

bet pubblice vel obeunda, vel statuenda congregabatur, et principes ad consulendum de Republica cogebantur, et castra movebantur) mentionem quoque inicit de *Campanula*, quae ab ipso dicitur Κώδων (1). Etenim hoc nomine Graeci tintinnabula indicare consueverunt. „ *Codones* a Graecis tintinnabula nuncupari (apposite ait Magius (2)) „ nemo est, qui nesciat. *Codones* autem dici, eo quod dum moventur, sonum, et „ quasi cantum edere solent; Graeca, „ ut par est, Etymologia, testantur „ Joannes Gramaticus in commentariis „ in libros Aristotelis de anima, et „ Suidas in Lexico suo, sive Collecta„ neis: tametsi a forma, et similitudine „ capitum plantae papaveris, quae „ *Codonum* voce a Graecis significan„ tur, *Codones* dici tintinnabula, aliquis „ non sine ratione fortasse conten„ det „.

4. Nec est, quod quisquam opponat, Josephum potius de tubae latitu-

(1) *Ibid.*
(2) *De Tintinnabulis C.* 1. *p.* 23.

dine, quam de tintinnabulo, vel campanula esse intelligendum, tum cum usurpavit Graecum vocabulum Κώδων. A veteri quidem Scholiaste (1) „ Κώδων „ vocatur latum tubae„. Sed quidquid iste dixerit, certum est, et pervulgatum, Graecos plerumque *Codonum* nomine tintinnabula indicare consuevisse.„ Equi„ dem (ut recte animadvertit Joannes „ Schefferus (2)) Κώδωνας esse vulgo „ tintinnabula, discimus ex glossis, quae „ sic habent: Κώδων, (3) *tintinnabulum*,

(1) *In Aiace flagellifero* „ Κώδων δὲ (ait) καλεῖται τὸ πλατὺ τῆς σάλπιγγος „ . Huic consentit quoque Scholiastes Aristophanis, cuius locum affert Henricus Stephanus in *Thesauro Linguae Graecae art.* Κώδων *To.* 2, *Col.* 524. „ Scholiastes autem Thucidis (velut idem *loco cit.* animadvertit Stephanus) „ videtur et hic Κώδωνα accipere prò tintinnabulo. Nam hunc locum citans generis tantummodo diversitatem adnotat, non item significationem „. Genere siquidem foeminino vocabulum Κώδων à Sophocle illo in loco usurpari idem observat Stephanus.

(2) In opusculo *De re vehiculari l.* 1. *C.* 13. *apud Joannem Polenum in supplem. ad Tes. Antiq. Graec.* et *Roman. Graevii et Gronov. To.* 1. *p.* 1170. *Edit. Ven.*

(3) *Tintinellum* etiam, *Tinnulus*, *et Tintinnum* apud Scriptores aetatis mediae perinde se habet, ac Tintinnabulum, quemadmodum, ipsis eorumdem locis allatis, ostendit *loc. cit.* in illis *art.* seu *verbis*

„ in glossis aliis *tintinnaculum* inscri-
„ bitur . Tintinnaculum Κώδων ; in aliis
„ tinnibulum ; sic enim habent . Tin-
„ tinnabulum Κώδων : quidquid autem
„ sit de varia formatione vocis (1), ea

Carolus Du Cange ; a quibus Scriptoribus *Tintinnabulum* quoque aliquando accipitur pro ipso campanae malleolo , seu virgula , ut ub eodem ostenditur *ibid. in art. Tintinnabulum Campanae* ; ac si cum unico *n* scribatur , ut sit *tintinabulum* , velut idem pandit Du Cange *ibid. in art. Tintinabulum* , apud eos idem est ac „ Vas aquarium diminutivum a Tina , unde „ legendum videtur *Tinabulum* „ .

(1) De origine vocis tintinnabuli haec habet Magius *C. 1. p. 21.* „ Tintinnabulum (inquit) a tinnitu , „ quem , dum pulsatur , edere solet , dici arbitror . „ Tinnitus autem aeris est , et ex aere primum , „ mox ex aere , stanno , plumbo , argentoque non- „ nunquam admistis fieri tintinnabula consuevisse , „ nemini dubium est . . . . . Illud autem *Bulum* in „ voce *Tintinnabulum* nihil omnino significat , sed „ est quaedam vocabuli productio , ut in *prostibu-* „ *lo* , *mandibula* , *incitabulo* , *mendicabulo* , et aliis „ huiusmodi non paucis . Tinnitus autem , qui , pul- „ sato hoc instrumento , fieri solet , voce hac opti- „ me exprimitur , ut in voce *bovis* , *boatus* ; etenim „ tintinnire aera solent , idest *Tin* , *Tin* , pulsata „ personare . A tinnitu igitur sive à voce *Tin* , *Tin*, „ quae , cum aes increpuit , editur , Tintinnabulum „ dici , tam apertum est , ut huius rei gratia nullam „ Grammaticorum Scholam nobis sit necessarium in- „ gredi „ . „ Hinc locus ille (subdit Rocca de *Campanis p.* 158. *Opp. To.* 1. , Magii Etymologia expos.ta) „ quem in aulis Principum vulgo *Tinnellum* , prandio

„ instrumenta vulgo denotari per Κώδω-

„ scilicet , ac coenae aulicorum destinatum , vocant , „ à Tintinnabuli forsan tinnitu nomen sibi sorti- „ tus est , quasi *Tintinnellum* , media Syllaba per „ syncopem detracta , dicatur , ut Aldo juniori . . . . „ placet „ . Quare , ut patet , à verbo *tinnire* seu *tintinnire* tintinnabuli vox suam duxit originem . „ *Tintinnire* dicitur sonare (inquit Nonius Marcellus) , unde et *tintinnabula* sunt appellata „ . Sed omnino ex aeris tinnitu , si tamen tintinnabula primum fuerunt aenea , quod certe non constat , vocem hanc hauriendam esse apparet , cum plane inepta , et puerilis sit illorum sententia , qui eamdem à sono ipsius vocabuli *Tin Tin* derivant , veluti perperam putavit ipse etiam Matth. Martinius *in Lexico Philologico T.* 2. , et Valerianus *Hietroglyphic. l.* 47. *C.* 23. *in Postilla* . Hoc menti praesertim tum Isidori , tum Vossii respondet . „ *Tinnio* à sono factum . (inquit Vossius in suo *Etymologico Linguae Latinae Art. tinnio*) „ Nam *tinnitus* , ἦχος χαλκώματος , ut est in Glossis Philox . „ Hinc *tinnulus* idem ac *tinniens* . Ab eodem tintino , „ quo Catullus usus ode ea , quam e Sapphone ex- „ pressit

„ Sonitu suopte
„ Tintinant aures

„ Hinc *tintinabulum* , quod idcirco a sonitu nomen „ accepisse , ait *Isidorus l.* 3. c. 21. . . . . Apud Festum „ *tintinnire* , et *tintinnare* (quod Naevius etiam , eo- „ dem Festo teste , usurpavit pro *sonitu tintinnabuli*) legas in Editione Ant. Augustini : in „ Mss. vero quibusdam Codd. ibidem est *tintinire et* „ *tintinnire* : item *tintinare* , *et tintinnare* . Apud „ Nonium itidem et *tintinnare et tintinnire* gemino „ NN. scribitur . Illo Nigidium , hoc Afranium usum

„ νας, quae agitatione, pulsuque sonum „ edunt, certum est „. Eadem ferme ait Suidas in verbo Κώδων (1). Aut ergo

„ docet. Ac similiter gemino NN. *tintinnabulum* vul- „ go scribitur. Item hinc *viri tintinnaculi etc.* „. Vossio plane concinit Joseph Laurentius Lucensis „ Tin- „ tinnabulum (inquit *loco a nobis C.* 1. §. 1. ibique *p.* 2. *Ad- „ not.* 1. memorato) nomen fictum à sono, quem edit vas „ aeneum, cuius inventum antiquissimum, (nos *Campanam*, seu *Nolam dicimus*) „ *vel* Mosis tem- „ pore . . . . Auctor huius tamen ignotus „.

(1) Suidas in suo *Lexico* T. 2. pag. 360. Editionis Cantabrigiae anni 1705. ex cura, et recensione Ludolphi Kusteri, in verbo Κώδων ait „ Κώδων „ παρά τὸ ἐν τῷ κινεῖν ᾄδειν. Tintinnabulum. Sic „ dictum, quod resonet, dum movetur „. Et ibid. „ in verbo Κωδωνεών „ ait, Κωδωνεών. Ἐν ᾧ οἱ „ Κώδωνες. Κωδωνεών. Locus, in quo sunt tintin- „ nabula „. Quae certe Suidae loca ostendunt, verbum Κώδων plerumque acceptum pro tintinnabulo apud veteres fuisse, rarius vero pro latiori tubae parte. Dum enim de hac significatione loquitur, haec habet l. cit. in verbo Κώδων „ Κώδων καλεῖται καὶ τὸ πλατὺ τῆς σάλπιγγος.

Σοφοκλῆς

χαλκοστόμου Κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς

„ Κώδων. Ita etiam vocatur latior pars tubae. „ Sophocles: *Tamquam tubae Tyrrhenicae aereum „ os habentis* „. Quae ex cit. Sophoclis Scholiaste desumpsit Suidas, ut animadvertit ibidem eius Adnotator *Nota* 8. Suidae concinit Argolius in *Notis ad opus de ludis Circensibus Honuphrii Panvinii Nota* 57. *C.* 17. *apud Graevium To.* 9. *Thes. p.* 207. utramque hactenus recensitam vocabuli Κώδων adsciscens, et ex-

Sophoclis Scholiastes falli potuit, vel, si deceptus dici nolit, intelligi plane debet de eo, quod difficilius apud Graecos fiebat. Quare si Josephus vocem illam in rariori apud Graecos significatione accipi voluisset, id certe indicasset, ne facile aliis errandi occasionem suppeditaret.

5. Graecis item tintinnabula in sacris maximo fuisse in usu, res est exploratissima. Pervulgati nanque apud omnes sunt Dodonaei lebetes, scilicet tintinnabula illa in Jovis Dodonis templo adhiberi solita, de quibus ex veterum testimonio mentionem habet Suidas (1) „ Daemon enim narrat (ait

plicans significationem. Apud Silium autem in *Carmin. Codon* accipitur non quidem pro tintinnabulo, sed pro tegumento pelliceo. „ Inquit enim

„ Spicula bina gerunt, caput his codone ferino.
„ Stat cautum „.

Et revera Graece Κώδιων est pellis villosa, ut inquit Suidas προβάτε δέρμα.

(1) *In Lexico T. 1. pp. 622. et 623. Art.* Δωδωναῖον χαλκεῖον ἐπὶ τῶν μικρολογέντων. „Δήμων γὰρ φήσιν, (inquit) ἐστὶ τὸ τε Διὸς μαντεῖον ἐν Δωδώνῃ λέβησιν ἐν κύκλῳ περιείληπται. Τέτες δὲ ψαύειν ἀλλήλες, ϗ κρεσθέντος τε ἑνὸς, ἠχεῖν ἐν διαδοχῆς πάντας. ὡς διὰ πολλε χρόνε γίνεσθαι τῆς ἠχῆς τὸν περίοδον. Ἀριστοτέλης δὲ ὡς πλάσμα διελέγ-

„ ipse) Dodonaei Jovis oraculum le-
„ betibus circumdatum fuisse inter se
„ contiguis , adeo ut , uno pulsato , re-
„ liqui omnes ordine resonarent , diu
„ durante soni illius circuitu . Aristo-
„ teles (1) vero ut figmentum hoc ex-
„ plodens duas dicit esse columnas , in
„ quarum altera lebes sit,et in altera puer
„ flagellum tenens aereis loris instructum,
„ quae a vento agitata impingant in lebe-
„ tem,qui pulsatus sonum edat.Proverbio
„ hoc usus est Menander in Tibicina ad-

χων , δύο φησὶ στύλȣς εἶναι , ϰ̀ ἐπὶ μὲν τȣ̃ ἑτέρȣ λέβητα , ἐπὶ θατέρȣ δὲ , παῖδα κρατȣ̃ντα μάστιγα , ἧς τȣ̀ς ἱμάντας χαλκέȣς ὄντας σειομένȣς ὑπ' ἀνέμȣ τῷ λέβητι προσκρȣ́ειν . Τὸν δὲ τυπτόμενον ἠχεῖν. Κέχρηται δὲ τῇ παροιμίᾳ Μένανδρος Αὐλητρίδι πρὸς Δήμωνα „ .

(1) Hanc eamdem Dodonaei aeris descriptionem à Suida peractam nobis et repetit Stephanus Byzantinus in fragmento de *Dodone* , quod extat apud Gronovium *T.* 7. *Thes. Antiqu. Graec. p.* 269. , qui tamen in eo a Suida dissentit , quod descriptionis illius , quam Suidas Aristoteli tribuit , ipse non Aristotelem , sed Aristidem facit auctorem . „ Ἐστὶ δὲ (ait) ϰ̀ Δωδωναῖον χαλκεῖον παροιμία ἐπι τῶν πολλὰ λαλȣ́ντων , ὡς Μενεδήμων φησὶν , ἀπὸ τȣ̃ τὸν ναὸν τȣ̃ Δωδωναίȣ Διὸς τοίχȣς μὴ ἔχοντα , ἀλλὰ τρίποδας πολλȣ̀ς ἀλλήλων πλησίον , ὥστε τὸν ἑνὸς ἁπτομε-

νον παραπέμπειν διὰ τῆς ψαύσεως τὴν ἐπήχησιν, ἑκάστῳ διανέμειν τὸν ἦχον, ἄχρις ἄυθις τȣ̃ ἑνὸς ἐφάψηται. Ἡ παροιμία δέ ȣ̓ φησὶν, εἰ μὴ χαλκεῖον ἕν, ἀλλ' ȣ̓ λέβητας ἢ τρίποδας πολλȣ̀ς. Προσθετέον ȣ̓̃ν τῷ περιηγητῇ Πολέμωνι ἀκριβῶς τὸν Δωδώνην επισταμένῳ, κ̣̀ Αριστείδῃ τὰ τȣ̃τȣ μεταγεγραφότι, λέγοντι κατὰ τὸν Β. Ἐν τῇ Δωδώνῃ στῦλοι β. παράλληλοι, κ̣̀ παρεγγὺς ἀλλήλων. Καὶ ἐπὶ μὲν θατέρȣ χαλκεῖον ἐστὶν ȣ̓ μέγα, τοῖς δὲ νῦν παραπλήσιον λέβησι. ἐπὶ δὲ θατέρȣ παιδάριον ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ μαστίγιον ἔχον, ȣ̓̃ κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος ὁ τὸ λεβήτιον ἔχων κίων ἕστηκεν. ὅταν ȣ̓̃ν ἄνεμον συμβῇ πνεῖν, τȣ̀ς τῆς μάστιγος ἱμάντας χαλκȣ̃ς ὄντας, ὁμοίως τοῖς ἀληθινοῖς ἱμᾶσιν αἰωρȣμένȣς ὑπὸ τȣ̃ πνεύματος, συνέβαινε ψαύειν τȣ̃ χαλκείȣ, κ̣̀ τȣ̃το ἀδιαλείπτως ποιεῖν, ἕως ἂν ὁ ἄνεμος διαμένῃ. Καὶ κατὰ μέν τοι τȣ̀ς ἡμετέρȣς φησὶν ὁ Ταῤῥαῖος. Εἰ μὲν λάβῃ τῆς μάστιγος, οἱ δὲ ἱμάντες ποπεπτώκασιν. Παρὰ μὲν τοι τῶν ἐπιχωρίων τινὸς ἠκȣ́σαμεν, ὡς ἐπείπερ ἐτύπτετο μὲν ὑπὸ μάστιγος; ἠχεῖ δ' ἐπὶ πολὺν χρόνον, ὡς χειμερίȣ τῆς Δωδώνης ὑπαρχȣ́σης, εἰκότως εἰς παροιμίαν παρεγένετο. Μεμνῆται αὐτῆς Μένανδρος ἐν Αῤῥηφόρῳ.

Ἐὰν δὲ κινήσῃ μόνον τὴν Μυρτίλην
Τάυτην τὶς, ἣν τίτθην καλεῖ, τέρας ποιεῖ
Λαλιᾶς. Τὸ Δωδωναῖον ἂν χαλκίον, ὃ
Λέγȣσιν ἠχεῖν, ἂν παράψηθ' ὁ παριὼν,
Τὴν ἡμέραν ὅλην, καταπαῦσαι θᾶττον,
Τάυτην λαλȣ̃σαν. νύκτα γὰρ προσλαμβάνει „.

Nempe „ Aes vero Dodonaeum est quoque proverbium (Hoc explicandum et illustrandum prae aliis aggressus est Erasmus Roterodamus *Adagiorum Chiliadis I. Cent. I. Art. Dodonaeum aes*) „ in eos, qui multa lo„ quuntur, ut Menedemon ait, ab eo quod templum „ Jovis Dodonaei non habens parietes, sed multos „ tripodas sibi invicem appositos; ut qui unum at„ tingit, per tactum transmittat resonantiam, uni„ cuique impertiat repercussionem, donec iterum at-

„ tingat illum unum. Proverbium vero non dicit, „ nisi aes unum; non vero lebetes, et tripodes „ multos. Assentiendum igitur Polemoni periegetae, „ qui accurate Dodonem cognovit; ut quoque Aristi- „ dae, qui eius opera descripsit, dicenti in libro „ secundo. Dodonae sunt duae Columnae parallelae, „ et sibi invicem vicinae. Et in altera quidem est „ aeneum vas non magnum, sed hodiernis simile le- „ betibus; in altera vero puerulus habens in manu „ dextra flagellum, ad cuius dexteram partem stat „ columna pelviculam sustinens. Cum igitur ventum „ accidit flare, etiam flagelli funes cum sint aenei, „ non secus ac veri, et naturales funes à vento su- „ blevatos, contingit ferire illud aeneum vas, idque „ sine intermissione facere, quamdiu ventus perseve- „ rat. Et secundum nostros affirmat Tarraeus. Si qui- „ dem acceperit flagellum, illi funes ceciderunt. At- „ tamen ab incolarum aliquo audivimus, quemadmo- „ dum quia flagello quidem verberabatur, multo au- „ tem tempore sonus durabat, quum Dodone tempe- „ statibus sit exposita, cesserit merito in prover- „ bium. Eius meminit Menander in Arrephoro.

„ Sed si quis illam Myrtilen tantummodo
„ Moveat, alumnam quam vocat, monstrum
„ exhibet
„ Sermonis. Aes Dodonium, quod dicitur
„ Sonare, si sors tetigerit quis transiens,
„ Totum diem, se continebit antequam
„ Haec garriendo: nam simul noctem adiicit. „

Eustathius autem *ad Odysseam* Ξ *p.* 1760., ubi de eodem argumento agit, Suidae lectionem confirmat. „ Περὶ δὲ Δωδώνης δηλοῦται, (inquit) καὶ ἐν τοῖς τοῦ Περιηγητοῦ. Δῆλον δὲ, ὡς ἐκ ταύτης καὶ τὸ παροιμιακὸν δωδωναῖον χαλκεῖον. Περὶ οὗ Παυσανίας φησὶν, ὅτι ἐν Δωδώνη πολλῶν παραλλήλων κειμένων λεβήτων, εἴ τις ἑνὸς ἅψεται, φασὶν ἐκ διαδοχῆς πάντας ἠχεῖν.

„ versus Daemonem „. Plinius (1) autem tintinnabula illa ex aeneo quodam orbe catenarum ope suspensa, mutuoque coniuncta, nulla quidem flagri percus-

Ἀριστοτέλης δὲ δύο στύλους εἶναι λέγει. Καὶ ἐπὶ μὲν θατέρου, λέβητα ἑστάναι. Ἐπὶ δὲ θατέρου, παῖδα κρατοῦντα μάστιγα, ἧς τοὺς ἱμάντας χαλκοῦς ὄντας, καὶ σειομένους ὑπ' ἀνέμου, τῷ λέβητι προσκρούειν. Τὸν δὲ τυπτόμενον ἠχεῖν· καὶ τοιαῦτα μὲν, καὶ ταῦτα „. Scilicet „ De Dodone autem res est manifesta et in „ libris Periegetae. Notum est autem de ipsa et pro- „ verbium Dodonaeum aes. De eo Pausanias loqui- „ tur, quod Dodonae multi sunt paralelli lebetes, „ quorum si unus tangatur, ferunt omnes successive „ resonare. Aristoteles autem duas columnas esse „ dicit, et in altera quidem lebetem stare. In altera „ autem puerum tenentem flagrum, cui insunt lora „ aerea, eaque à vento agitata in lebetem impingere. „ Hunc autem pulsum resonare. Et similia „. Quamobrem ego non credam Abrahamo Torrenio, qui in *Adnot. ad Valer. Max l.* 8. *C.* 15. *in Externis* §. 3. *Adnot.* 60. *p.* 786. *Vol.* 2. *Ed. Leidae an.* 1726. confidenter asserit, Dodonaeum aes tinnitu suo ictum radiis solis dare consuevisse, ac eodem magis quam responsis datis Dodonaeum oraculum praeclarum fuisse. Rectius autem Badius in *Adnot.* ad eumdem Valerii locum *p.* 750. *Ed. Lugd. Batav. ann.* 1651. explicans illa verba „ Aheno Dodonae „ subiicit „ Aereo simulacro in formam columbae, aut lebetis „ Dodonae Sylvae, e cuius tinnitu futura judicabant „.

(1) *Hist. Nat. l.* 36. *C.* 13. *Sect.* 19. *n.* 4. *To.* 5. *p.* 305. *Ed. Paris*, *qui locus a nobis exscribitur C.* 3. §. 1.

sione, sed solo vento agitata sonum longe reddere consuevisse scribit.

6. At vel lebetibus circumdatus fuerit Jupiter, vel lora aerea in lebetem impegerint, ut contendit Aristoteles, vel eadem solo vento agitata sonum retulerint, ut ait Plinius, lebetum usum apud Graecos vetustissimum esse liquet. Lebetes autem vel lebeta erant (1) vasa quaedam aenea tintinnabulorum imaginem exprimentia, quae Dodonaei aeris nomine quoque nuncupantur, idque a Dodone Civitate in Chaonia Epiri regione, juxta quam propinquum erat nemus Jovi sacrum, et in qua aes optimum ac valde sonans fundebatur. Hinc Virgilius (2) narrat inter caetera munera aenea ab Heleno, ut vate data, fuisse quoque

(1) Johannes Lightfootus in opere cui titulus *Descriptio Templi Hierosolymitani praesertim quale erat tempore Servatoris nostri sect. IV. C. 37. de Vasis et Utensilibus Templi sect. 4. n. 3. p. 762. apud Ugolinum To. 9. Thes. ait, quod* „ Erant majores lebetes au„ rei, et argentei, quibus iniiciebantur intestina vi„ ctimarum, ut eo deferrentur, ubi oportebat ea „ ablui; et postquam abluta erant, ad altare referebantur „.

(2) *Aeneid. l. 3. v.466.*

„ Ingens argentum, Dodonaeosque le-
„ betas „.

Ad quem Virgilii locum haec habet Servius (1) „ Vasa aenea in Dodone, „ quae uno tactu solebant sonare „. Cujusmodi et legitur apud Ausonium. Nec

„ Dodonaei cessat (inquit (2))
„ tinnitus aheni

„ nec non apud Valerium Maximum, „ dum ait (3) „ Cujus (nempe Amphi- „ arai) cineres idem honoris possident, „ quod Pythiae cortinae, quad (4) ahe- „ no Dodonae, quod Hammonis fonti „ datur „ itemque apud Themistium (5) inquientem „ Resonatque vas aeneum, seu

(1) *In Comm. ad Virgil.*

(2) *In Carmin.*

(3) *Factorum, dictorumque memorabil. l.* 8. *C.* 15. *in Externis* §. 3.

(4) Non desunt, qui *Athenae* potius quam *aheno* in exscripto Valerii loco legendum autument. Sed perperam. Quippe qui vitiosis codicibus, ut observant Badius *in Adnot ad hunc locum pag.* 750. at Abrahamus Torrenius *in Adnot.* 60. *Ibid. pag.* 786., sunt decepti. Et reapse, velut hic postremus *ibidem* recte subiicit „ Nihil commune est Athenis cum Do- „ donaeo oraculo, quod in Epiro fuisse omnibus est „ notissimum „ et nos alibi notavimus.

(5) *Orat.* 21. *pag.* 251, *ult. Edit.* „ Τπηχει δὲ (inquit) τὸ Δοδοναῖον χαλκεῖον „.

Dodonaeus lebes „. Infinitus equidem essem, si omnia hic veterum testimonia congerere vellem ad ostendendum, apud veteres Graecos lebetum nomine tintinnabula venisse, ac eorumdem magnum apud eos fuisse usum, praesertim in Dodonaea Civitate, atque hunc ex ea in alias Graeciae, ac Italiae partes migrasse. Si quis tamen hac de re plura cupiat, consulat Ezechielem Spanhemium (1), qui hanc in rem plura collegit veterum loca.

7. His Dodonaei templi tintinnabulis lebetum nomen fuisse impositum, ex eo autumant nonnulli, quod magnam formae similitudinem servarent cum quodam poculorum genere, quae item apud Graecos *lebetes* dicebantur. Quamobrem Hercules (2), ut referunt Theoclytus,

(1) *In Comment. ad Callimachum observ. in Hymnum in Delum To, 2. p. 566. et seqq. Ed Lugd. Batav. an.* 1761.

(2) De hac Herculis trajectione cum lebete sic loquitur Musonius Philosophus in opere *de luxu Graecorum C. 2. pp.* 2430. *et* 2481. apud Gronovium *To. 8. Thes.* „ Numquid quod magis poculis oblectaretur Hercules, ludentes poetae, atque historici navigasse „ ipsum in poculis fabulati sunt? Panyasis autem in

et Eustathius, dicitur trajecisse ad insulam Erythiam, in qua habitabat Geryon cum aeneo lebete, id est poculo. Sic etiam in Jovis Olympici templo, utrique tecti extremitati, veluti narrat Pausanias (1), inauratus inerat lebes,

„ primo Heracliae à Nereo tradit Herculem solis phi-
„ alam accepisse, in Erythiamque navigasse. = Ery-
„ thia insula est (inquit Eustathius) in Atlantico sita
„ mari, in qua Geryon habitabat, ad quam Hercules
„ aeneo lebete dicitur trajecisse = .Theoclytus quoque
„ (unde Eustathius illa fortasse, quae de lebete dixit,
„ accepit) in Erythiam Herculem lebete trajecisse te-
„ statur. Phereus *in* 2. *Historiarum* de Oceano locu-
„ tus, haec identidem addit: Hercules autem in ipsum
„ intendit arcum perinde ac sagitta periturus. Sol
„ iubet ab incepto desistere. Hic autem timens qui-
„ escit molliter. Quare huius rei caussa Sol Herculi
„ aureum illud, quod secum ferebat, poculum tra-
„ didit, quo Hercules in Erythiam navigat. Sed cum
„ jam Hercules in altum pervenisset pelagus, Ocea-
„ nus eum tentans, ipsius poculum concitat. Hic
„ in Oceanum dirigit sagittam: quem Oceanus formi-
„ dans quiescere iubet „. Hactenus de Hercule, cujus factum licet purum sit commentum, et fabula, ostendit tamen apud veteres Graecos, quorum aetate vixit Theoclytus, et quorum mores tum ipse, tum Eustathius tradere conati sunt, lebetem fuisse quoddam poculi genus sic ferme appellatum, non alia certe de caussa nisi quod aerei lebetis formam, figuramque praeseferret.

(1) *In Graeciae descriptione l.* 5. *Eliacorum* 1. *C.* 10. *p.* 398. *Edit. Lipsiae an.* 1696. „ Ἐν δὲ Ὀλυμπίᾳ λέβης ἐπίχρυσος ἐπὶ ἑκάστῳ τῦ ὀρόφυ τῷ πέ-

qui certe non erat nisi poculum . Si enim fuisset tintinnabulum , inde potius pependisset . Verum id non probatur Magio , qui (1) haec habet „ Dodonaeos lebetes , qui in proverbium mi-
„ graverint , in Jovis Dodonaei templo ,
„ ubi Sacerdotibus responsa dabantur ,
„ sonora ex aere tintinnabula a qui-
„ busdam dici , et a similitudine lebe-
„ tum sic vocitata, haud quaquam igno-
„ ramus : quibus calculum nostrum li-
„ benter adderemus , si veterum non
„ ambiguis auctoritatibus niterentur „ .
Verum id definire nec nostra interest , nec propositus patitur scopus .

8. Sed ut eo , unde discessimus , redeamus , non satis constat apud eruditos , quamobrem lebetes illi sive tintinnabula in Dodonaeo templo adhiberentur , utrum scilicet ad solum templi ornatum , vel ad alium quemlibet usum . Philostratus (2) Graecus quidem scri-

ρατι ἐπίκειται „ . Nimirum , ut vertit Sylburgius „ Ex-
„ tremo Olimpiaci fani tecto lebes inauratus imposi-
„ tus est ex utroque latere „ .

(1) *Loc. cit. p.* 24.

(2) *Icon. l.* 2. *p.* 830. „ χαλκῆτε Ηχῶ (ait)

ptor Dodonaei templi lebetes depingit, at nihil de eorumdem usu subiicit. Ita siquidem loquitur. „ Aenaeaque (in ipso nempe ſano Jovis Dodonaei) „ Echo „ colitur, quandoquidem vas aheneum „ (seu lebes aereus) Jovi in Dodone „ dicatum erat ad multam diem reso- „ nans, et donec id apprehenderet ali- „ quis minime silens „.

9. At hujusmodi lebetum tinnitu ab Jovis Dodonaei Sacerdotibus oracula edi, et vaticinationem fieri consuevisse affirmat Potterus, cujus quidem integer hic excribendus est locus. Quoniam aliorum quoque in eo commemorat opiniones. „ Non est omittenda (inquit ipse(1)) alia „ vaticinandi ratio (2) ibidem usurpata,

ἐν αὐτῷ τετίμηται „. Et mox „ Ἐπειδὰν χαλκεῖον ἀνέκειτο τῷ Διὶ κατὰ Δωδώνην ἠχεῖν ἐς πολὺ τῆς ἡμέρας, καὶ μέχρι λάβοιτο τὶς αὐτοῦ, μὴ σιώπων „.

(1) *In Archeologia Graeca l. 2. C. 8.*, quae extat apud Gronov. *in Thes. Ant. Graec. To. 12. p.* 274.

(2) Ex quercubus etiam vaticinari Dodonae consuevisse affirmat *loc. cit.* idem Potterus „ Prope tem- „ plum erat lucus (inquit ipse) quercubus, vel fa- „ gis consitus, quem incolere credebantur Dryades, „ Fauni, ac Satyri, ibique saepius videbantur sal- „ tantes, ac ludentes lascive sub umbra arborum.

„ quae fiebat tinnitu aereorum lebetum,

„ Ante artem serendi excogitatam, quando homines „ loco frumenti glandibus vescerentur, illae ex isto „ nemore plurimi aestimabantur . . . . . Istae quer- „ cus vocales erant, atque oracula fundebant, quapro- „ pte dictae προσηγόροι, ϗ μαντικαὶ δρύες, hoc est „ *loquaces*, et *fatidicae quercus*. Argo quoque Ar- „ gonautarum navis, ex istius nemoris arboribus „ compacta, loquendi potestate praedita erat. Ideo- „ que Lycophron *Cassandra Vers.* 1319. λάληθρον „ κίσσαν, *loquacem picam* vocat. Huius figmenti ca- „ ussam nonnulli hanc esse putant, nimirum: cum „ vates responsa dabant, in unum ex his arboribus „ inscendebant (unam enim illarum solummodo vo- „ calem fuisse aliqui tradunt) sicque oraculum edi- „ disse quercus credebatur, quod nisi ex cavo trun- „ co, aut è ramis fundebatur. Et quidem è ramis „ fagi vel quercus oracula reddita fuisse probabile „ est ex Herodoto, qui columbam vaticinatricem „ ἐπὶ φηγȣ̃ ἱζομένην, *fago insidentem* inducit: tum „ etiam è Sophoclis Scholiaste, qui columbas super „ oraculum fuisse itidem narrat, *Trachin.* Vers. 174. „ Υπεράνῳ τȣ̃ ἐν Δωδώνῃ μαντείȣ δύο ἦσαν πέλειαι. „ Verum ex eius caudice respondisse vatem potius „ credant alii, tum quia tutiores in eo latebrae, ma- „ gisque ad fraudes accomodatae sunt: tum etiam „ quia Hesiodus id affirmat in quodam fragmento, „ quod ex eius *Eois* reliquum est:

„ Τὴν Ζεὺς φίλησεν, ϗ τὸ χρηστήριον εἶναι
„ Τίμιον ἀνθρώποις, ναίον δ' ἐν πυθμένι φηγȣ̃,
„ Ενθεν ἐπιχθόνιοι μαντεύματα πάντα φέρονται.
„ Quam Juppiter adeo amavit, ut voluerit illic
„ oraculum esse
„ Aestimatissimum hominibus, habitans in fundo
„ fagi,
„ Unde mortales omnia reportant vaticinia „.

„ qui (ut refert Daemon apud Suidam)
„ cum tanta arte circa templum dispo-

Fagum quoque commemorat Pausanias, quam tamen arborem perinde ac aliam quamlibet reticent tum Arrianus *im Epictet.*, tum Curtius *Histor. l.* 4. : quercus autem meminit Clemens Alexandrinus in *Protrept. seu cohortat. ad gentes opp. To.* 1. *p.* 10. *Ed. Oxonien. an.* 1715. Vates Dodonaei templi *Tomuros* vocant à Tomuro monte Thesprotiae, ad cuius radices templum istud erat, ut ipse consentit Pausanias, quod tamen in Molossis collocat Plinius *Hist. nat. l.* 4. *in Prol.* Alii autèm putant, solas foeminas hoc oraculum rexisse. Verum in hoc diutius immorari non sinunt simplicis Adnotationis angustiae. Qui plura ideo hac de re cupiat, consulat et Stephanum Byzantinum in *fragmento de Dodone*, *et Exercitationes ac Notas* Jacobi Gronovii ad idem fragmentum, et Hervetum in *Comment. in Protreptr. Clem. Alex. To.* 2. *Opp. p.* 6. *Col.* 2. *Verbo* Λέβητα Θεσπρωτάῖον, et Jacobum Triglandium in *Conjectaneis ad quaedam obscura fragmenti de Dodone loca*, quae omnia extant apud Gronovium *To.* 7. *Thes. Ant. Graec. pp.* 269. - 324., et Joannem Antonium Vernerium in tractatu de *oraculis*, *et divinationibus antiquorum*, qui extat ibidem, à *p.* 324. *ad* 355., et citatum Potterum in *Archaeologia Graeca*; qui omnes late fuseque de Dodonaei templi loco, ornatu, divinatione, sacerdotibus, caeterisque omnibus ad ipsum spectantibus disserunt. Nonnulli quoque „ sunt qui (ut observat Oliverius *in Not. ad Valer.* Max. *l.* 8. *C.* 15. *Externa Verbo Dodonae p.* 750. *Col.* 1.) „ dicant, hoc nemus fuisse etiam Pal-„ ladi consecratum, quorum sententiam sequitur nunc „ Valerius dicens, Athenas Dodonaeas propter Pal-„ ladem „.

„ siti erant, ut cum unus percuteretur, „ reliqui omnes tinnirent. Aristoteles „ (inquit idem auctor) aliter sentit, „ quippe scribit, extitisse ibi duas co- „ lumnas, uni impositum fuisse lebe- „ tem, alteri puerum prae manibus ha- „ bentem flagellum cum scuticis ferreis, „ quod vi venti in lebetem impulsum „ ciebat continuum tinnitum, unde na- „ tum proverbium Δωδωναῖον χαλκεῖον „ *Dodonaeum* aes, seu tintinnabulum „ Επὶ των μικρολογέντων in *pauciloquos* „ juxta Suidam, aut potius Ἐπὶ τῶν μα- „ κρολογέντων *in multiloquos* (1); nam „ dicebatur de hominibus loquacibus. „ Huic non multum absimile istud „ Κερκυραίων μάστιξ *Cercyraeorum fla-* „ *grum*, quod ex quorumdam sententia „ desumptum ab isto flagro una cum „ puero, ac lebete Cercyraeis dicato „ juxta *Epitom. Strab. lib.* 8. Tamen „ aliis videtur, haec solummodo tem- „ plo ornando, minime vero oraculis

(1) Idipsum confirmat Ludolphus Kusterus in *Notis ad Suidam To.* 1. *p.* 622. ad hoc idem verbum, dum ait „ Imo μακρολογέντων, ut Portus etiam monuit „.

„ reddendis inserviisse. Quo tempore,
„ aut quam ab causam defecerit istud
„ oraculum, non liquet; verum Strabo,
„ qui, Augusto Caesare imperante, flo-
„ rebat, asserit *Geograph. lib VII.*
„ hocce, plurimaque alia a Diis negle-
„ cta fuisse „. Quod certe postremum verissimum est, cum nulla re delectari possent muti, et immanes illi Ethnicorum Dii, qui praeter hominum illorum phantasiam, et materiam eosdem referentem, nullibi certe existebant.

10. Quod vero attinet ad lebetum usum in Dodonaeo templo, si quid in tanta doctorum virorum dissensione definire licet, in Potteri sententiam facile concedam. Id nanque suadent, nisi vetustissimorum, saltem Graecorum, et gravissimorum auctorum loca, quos inter memorari certe debet Gregorius Nazianzenus, qui (1) haec habet „ Non
„ amplius loquitur quercus, non am-
„ plius lebes vaticinatur „. Sed eadem ferme affirmat Clemens Alexandrinus, ubi agit de variis Ethnicorum oraculis.

(1) *In Julianum* Στηλιτ. 1, *p.* 127. „ Οὐκ ἔτι φθέγγεται (inquit) δρῦς, οὐκ ἔτι λέβης μαντεύεται „.

„ Aut lebetem Thesprotium (inquit (1)), „ aut tripodem Cirrhaeum, aut vas ae- „ reum Dodoneum „. Similia leguntur apud Eusebium, qui eadem Clementis verba, ut solet, adducit (2). Eadem ratione qui a Clemente id itidem hausisse videtur, loquitur Theodoretus (3) ita subjiciens. „ Nihil praedicit Thesprotius „ lebes, nihil tripus Cirrhaeus, nec Do- „ donaeum vas aheneum garrit „. Ex quo certe postremo loco si Thesprotius lebes a Dodonaeo sit distinguendus, quod falsum esse contendit Spanhemius (4), illud certe constat, apud Thesprotios quoque in usu fuisse lebetes,

(1) *Loc. et p. cit.* „ Ἢ λέβητα (ait) Θεσπρωταῖον, ἢ τρίποδα Κιῤῥαῖον, ἢ Δωδωναῖον χαλκεῖον „.

(2) *Prepar. Evang. l.* 2. §. 2.

(3) *Serm.* 10. *de Oraculis opp. To. IV. p.* 623., ac praesertim *p.* 632, ubi ait „ Οὐχ' ὁ Θεσπρώτιος λέβης μαντέυεται, ὐχ ὁ Κιῤῥαῖος χρησμολογεῖ· ὐτὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον ἀδολεσχεῖ „.

(4) Exallatis hoc §. veterum locis certe prima fronte apparet, eos Thesprotium lebetem à Dodonaeo distinxisse; atque id quidem fatetur Spanhemius, sed illos mirifice deceptos fuisse contendit. „ In qui- „ bus utique (inquit ipse *lo. cit. pp.* 566. *et* 567.) „ *lebes* Thesprotius, et *vas aeneum* seu χαλκεῖον „ Dodonaeum satis aperte, ac ut diversa quidem Grae- „ corum oracula, distinguuntur. Unde in notis ad „ dictum Eusebii a Clemente locum, ejusdem editor,

„ ac interpres Vigerus, *de hoc lebete, idemne fuerit ac Dodonaeum aes*, ad observationes a se in illud Eusebij opus scriptas, lectorem, ut passim alibi in iisdem notis, et quarum demum in Praefatione spem facit, unice ablegat, quas tamen nunquam editas puto. Illud equidem constat, cum Dodonaeum templum, seu oraculum promiscue Thesprotis, ac Molossis, aut modo his, modo illis, quod monuerunt jam alii, adscriptum: et ex antiquis Auctoribus, non Pindaro solum, aut Tragicis, uti de ea re Strabo lib. VII. pag, 378, , et vel ex Aeschylo etiamnum liquet Prom. Vv. 828., et 831., sed Herodoto insuper lib. 2. cap. 56. Scymno Chio in Periegesi p. 19. Strabone dicto jam loco, Pausania lib. 1. pag. 30., ac priscis etiam vel Homeri, vel Sophoclis ad Trachin. vs. 175. Enarratoribus. Quo jure vero aut titulo id sit ab iis factum, ut nempe *Dodonem*, illiusque aerisonum, seu ut hic *ἀσίγητον non silentem* apud Thesprotos *lebetem* quoque collocarent, et an e male intellectis Homeri, ubi de Dodone, aut Dodonaeis agit, verbis, praeposteram, loco utique non obscuro, aut extra ipsius Graeciae fines posito sedem adsignarent Graeci modo dicti, iique nec unius aetatis, aut indolis auctores; quique ex iis in describendo locorum situ, Graeciaeve antiquitatibus enarrandis, ipsa locorum inspectione, ac notitia voluerunt fidem suam, ac industriam adprobare, hic jam non quaeritur: ac de eo statuens, qui de his sincerum possunt judicium ferre. Illud hic satis est ad Clementis, et ejusdem sequacium adducta paullo ante verba, id de Dodonaeo apud Thesprotos *lebete*, vel oraculo fuisse a veteribus illis traditum; tum de uno, non de pluribus Dodonaei Jovis oraculis, ubi nempe esset illud *Dodonaeum Χαλκεῖον, seu Thesprotius lebes* (*χαλκεῖος*, idem seu *aereus*, vel *aerisonus*, et qui proverbio locum dedit) eosdem,

et eorum ope oracula pandi consuevisse. Quod hanc eo magis nostram confirmare sententiam videtur: quoniam clare, aperteque patet, lebetes vaticinationis caussa fuisse à veteribus adhibitos, cumque in templo Dodonaeo et oracula edi consueverint, et lebetes in eo extiterint, eosdem certe non otiose, verum secundum illius temporis, et regionis consuetudinem vaticinationi penitus inserviisse dicendum est.

11. Non modo in ipso templo, ac in ipsis edendis responsis pulsabantur a Sacerdotibus tintinnabula, sed et eos,

„ aut alios, qui ea de re agunt, auctores meminisse „.
„ Ac tandem *pag.* 568. sic concludit „ Decepit proinde
„ eruditissimum Clementem, et qui id ab eo, praeter
„ Eusebium, mutuatus est, eumdem Theodoritum fa-
„ cta modo *Dodonaei* χαλκεῖς, modo ejusdem dicti
„ *Thesprotii*, *a Dodona* nempe traditi a multis,
„ ut antea vidimus, veterum apud *Thesprotos* situ, *le-*
„ *betis* mentio, ut ista quasi de diversis oraculis,
„ diversisque, quae in iisdem extarent, symbolis, aut
„ vasis, dicta iidem sint arbitrati „. Consulendi hac de re sunt ii omnes, quos memoravi p. 69. in *Adnot.*, ac praesertim Potterus *loc. cit.* Ego autem facile in Spanhemii sententiam descendo; quod ut *cit. lo.* animadverti, Dodonaeum templum extat ad radices Tomuri montis Thesprotiae; ac proinde intra Thesprotiae fines ipsum existere constat. Adeo verum est, Thesprotium aes unum idemque esse ac Dodonaeum.

qui ad Oraculum consulendum veniebant, tum cum accedebant „ aenearum „ nolarum crepitu undique circumstre- „ pentium circumsonare solitos fuisse „ perhibet Plutarchus (1).

12. Veteres etiam Aegyptios item in solemni Jovis cultu tintinnabulis uti consuevisse pandit antiquissimum, ac venustissimum parvum quoddam monumentum Aegyptiacum, quod mihi ostendit, dum viveret, Emus Cardinalis Borgia, cujus porro imaginem aere impressam à nemine hactenus vulgatam erudito lectori (2) subjicio. In eo nanque (3) representatur arietis caput, e cujus collo pendet tintinnabulum.

13. Quod porro aliud non est, nisi caput Jovis a toto corpore sejunctum, qui ab Aegyptiis sub Hammonis nuncupatione, atque arietis facie humano corpori adjuncta venerabatur, perinde ac eumdem pervetusta, eaque probatissima Aegyptiaca referunt monumenta. Inter

(1) „ χαλκωμάτων πατάχῳ περιψοφεῖσθαι „ inquit in *Capitum Romanorum enumeratione To. 2. Ed. Paris. an.* 1572.

(2) *Tab. I.* (3) *Ibidem.*

quae praeclarissimum profecto est sua non modo sed scriptoris perhibentis antiquitate, atque auctoritate quibuslibet aliis ejusdem speciei praeponendum illud, quod hac de re commemorat, et recenset Eusebius. „ Apud Elephanti-
„ nopolim (inquit (1)) quoddam
„ ejusmodi simulacrum venerantur,
„ quod sedens, ac coeruleo colore im-
„ butum, ipso quidem corporis trunco
„ virilem praesefert speciem. Arietis
„ vero caput habet, in eoque proprium,
„ ac primarium insigne. Hircj cornua,
„ quibus circulus disci figura sustine-
„ tur. Eius sedentis ad pedes fictile
„ vas jacet, in quo scilicet homo fin-
„ gatur „.

14. In alio praeterea monumento (2) Juppiter, aptato sibi arietis capi-

(1) *Praeparat. Evangelicae lib. 3. cap. 12. p. 106. Edit. Colon. an.* 1688. „ Κατὰ δὲ τὴν Ελεφαντïνην πόλιν (ait) τετίμηται ἄγαλμα, πεπλασμένον μὲν, ἀλλ' ἀνδρείκελον, ϗ καθήμενον, κύανȣν τε τὴν χροιὰν, κεφαλὴν δὲ κριȣ̃ κεκτημένον, ϗ βασίλειον, κέρατα τράγεια ἔχον, οἷς ἔπεστι κύκλος δυσκοειδὴς. Κάθηται δε, παρακειμένȣ κεραμέȣ ἀγγείȣ, ἐφ ȣ̃ ἄνθρωπὸν ἀναπλὰσσειν „.

(2) **Hoc monumentum ex veteri vitro haustum re-**

te cum fulmine in dextera manu, et cum sceptro in sinistra stans depingitur. Atque in alio (1), ut hujusmodi

censet, ac Jovem Ammonem Aegyptiorum in eo reapse repraesentari asserit, et probat Winckelmannus in Opere, cui titulus *Description des Pierres gravées du feu Baron de Stosch. A Florence 1760. Seconde classe. Mytologie sacrée* §. 5. *n.* 76. *pp.* 44. *et* 45. „ Juppiter Ammon : (inquit) „ Pate de verre. Juppiter á tete de belier debout, te„ nant de la main droite la foudre, et de la gauche „ son sceptre „.

(1) Alterum hoc monumentum, allata *Tab. III. fig.* 1. eius imagine aere impressa, exponit Caylus in opere inscripto *Recueil d' antiquites Egyptiennes, Etrusques, Grecques, et Romaines. A Paris* 1756. *To.* 2. *Premiere Partie Antiquités Egyptiennes Planche III. N. I. pp.* 14. *et* 15. „ J' ai fait mention (ait) „ dans le premier Volume de ce Recueil de deux Di„ vinités Aegyptiennes, dans le gout de celle, que „ je presente; c' est á dire de Terre recouverte d'E„ mail bleu. Le hasard m' en a procuré plusieurs „ autres du même genre, mais différentes, avec des „ têtes de Loup, de Chat, d'Oiseau etc.. Je ne m'y „ suis point arrêté, parce qu' il en est parlé dans „ les ouvrages, qu' on a écrits avant moi sur l' Anti„ quitê. Mais je ne me souviens point d' avoir vû „ ces sortes de figures avec des tetes de Belier. On „ sait cependant, que ce fut sous cette forme, que „ Jupiter porsuivit, et chassa de l' Egypte les Dieux, „ qui s' etoient révoltês contre lui, et qui vouloi„ ent le détrôner. Le trou, que l' on voit derriere „ les epaules, doit determiner à mettre cette figure „ au rang des Amulettes. Elle est haute d'un peu „ plus de deux pouces. Sa matiere est de terre

ſere innumera praeteream monumenta, idem hoc Numen similiter stans, ac arietis capite humano corpori adjecto exprimitur.

15. Nec aliter porro ipsis hieroglyphicis suis imaginibus seu characteribus, quae pyramidibus insculpebant, ac amuletis, quae laminis incisa, et pectori affixa gerebant, Jovem Hammonem veteres adumbrarunt Aegyptii, quam mero quodam arietis capite, cuiusmodi sunt duo illa monumenta, quorum alterum (1) ex Obelisco Pamphilio, alterum (2) ex Musaeo Marci Milesii haustum affert, atque recenset Cl. Athanasius Kircherus.

16. Veterum monumentorum fidem antiqui fere omnes adjuvant, et confirmant Scriptores, nimirum Diodorus Siculus (3), Herodotus (4), Luca-

„ cuite, converte de cette belle pate bleue, dont je „ ai parlé dans le premier Volume „.

(1) *In Obelisco Pamphilio l.* 5. *pp.* 489. 490., *et* 495.

(2) *In Opere cit. l.* 2. *pp.* 273. *e.* 274., *et lib.* 5. *pag.* 494.

(3) *Biblioth. histor. l.* 1. *p.* 77. *edit. Hannov. an.* 1604.

(4) *Histor. l,* 2., *qui inscribitur Euterpe C.* 42, *p.* 106. *Edit. Londin. an.* 1679.

nus (1), aliique permulti. Quoniam, Arabibus, et Indis praetermissis, qui licet, eodem Lucano (2) perhibente, Iovem Hammonem colerent, non satis tamen constat, sub qua forma eumdem venerarentur, sub hac eadem (3) arie-

(1) *Pharsal. lib.* 9. *v.* 512.

(2) *Cit. lib.* 9.

(3) Praeter hanc arietini capitis, sub alia etiam humani capitis, tum radiis tum arietinis duntaxat cornibus ex utraque parte adjectis, Juppiter in Aegypto colebatur, veluti perhibent Tullius de *Nat. Deo. l.* 1. *C.* 29., Claudianus in *Raptu Proserp.*, Macrobius *Saturn. l.* 1. *C.* 21., Pausanias *l.* 8. *C.* 32., Porphyrius de *abstinentia a carne l.* 3., Minutius Felix *in Octavio C.*21., Servius *in Comm. in Virgil. l.* 4. *Aen.*, aliique plurimi, nec non vetera pandunt monumenta tum a Montfaucono in opere *l' Antiquité expliquée* l. 5. C. 1. §. 1. To. 1. p. 172., ac in eius *Supplemento* To. 1. l. 2. C. 2. §. 4 p.57., *et* l. 3. C. 6. §. 6. cit. To. 1. pp. 100. et 101., tum a Dominico De Rubeis *Le Gemme figurate Part.* 2. *num.* 30., tum a Begero *Thesauri Brandeburgici vol.* 3. *pag.* 220., *et* 221., tum a Causaeo in *Rom. Musaeo sect.* 1. *art.* 1. *num.* 4. *p.* 4. *Edit. Rom. anni* 1702., et in Opere cui titulus *Le grand Cabinet Romain ou Recueil d'antiquitez Romaines. A Amsterdam* 1706. *fol. P.* 1. *art.* 1. *num.* 4. *pag.* 3., tum ab Auctoribus *Encyclopediae Metodicae Parisiensis Class. Antiquites T.* 1. *p.* 148. Col. 1., tum ab aliis pluribus memorata. Arieti vero insidentem, ac radiis capiti eius insitis Jovem Hammonem, quem colebant, veteres repraesentabant Romani, veluti pandit aeneum Hadriani Imperatoris nu-

tis configuratione, atque Hammonis nomine illi Numini cultum inde patet (1) in universo Aegypto solemniter deferri consuevisse, ac praesertim in superiori ejus parte (2) Lybia nimirum et (3) Thebarum, ac ubi (4) duplex idemque magnificum aderat templum huic Divinitati sacrum, quorum primum, difficillimo, eoque periculosissimo inito itinere, (5) petiit Alexander M., qui (6)

misma, cuius affert effigiem Guillelmus Du Chonl *Discours de la Religion des anciens Romains p.* 51. *Edit. Lugdun. an.* 1556.

(1) Diodorus, et Herodotus *ibid.*, qui postremus haec habet „ Δωκέειν δ᾽ ἐμοὶ, ϗ τὔνομά, Ἀμμόνιοι ἀπὸ τὔ δὲ σφι τήν ἐπωνυμίην ἐποιὴσαντο. Αμμὔν γὰρ Αἰγύπτιοι καλέὔσι τὸν Δία „. Nimirum „ Qui etiam „ mihi videntur se Ammonios cognominasse, quod Ae„ gyptii Jovem Ammonem appellant „.

(2) Aristophanes in *Com.*, Plinius in *Hist. nat.*, Lucanus, et Q. Curtius *locis Nota* 4. *seq.* indicandis.

(3) Herodotus *l. cit.*

(4) Templum Hammoni sacrum in Lybia extructum prae aliiis describnnt Lucanus in *Phars l.* 9. *v.*519., Curtius in *Hist. de rebus Alexandri M. l.* 4. *Cap.* 7., perinde ac de illo alio Thebis aedificato sermonem habent Herodotus in *Hist.*, Diodorus in *Biblioth. histor.*, et Plinius in *Hist. nat.*

(5) Arianus l. 3., Diodorus l.17., Q. Curtius *loc. cit.*, Plutarchus in *vita Alex.*, Maximus Tyrus *serm.* 25.

(6) Ita perhibent Auctores indicati *loc. cit.*

ab illius Sacerdote filius Jovis agnitus, (1), filius Jovis ab omnibns fuit salutatus, ac deinde (2) appellari voluit, et ubi ope (3) columbarum sive mulierum; quae apud Aegyptios columbarum nuncupatione indicabantur, veluti tradit, et explicat Herodotus (4), instar Dodonaei oraculi responsa (5) consulentibus dabantur, in Meroe Nili insula, ubi (6) delubrum quoque religiosum Hammoni dicatum, et sacrum, etsi, veluti observat Vossius (7), illo Lybiae minus religiosum, aderat, in (8) Aethiopia, cuius habitatores quo-

(1) Q. Curtius *ibid.* (2) Q. Curtius *ibid.*

(3) Id praesertim perhibet Silius Italicus *Punicorum l.* 3. *circa finem*, ac Begerus *Thes. Brand. vol.* 3. *p.* 221. aenei monumenti hoc idem referentis oraculum affert imaginem.

(4) Histor *l.* 2. *C.* 57.

(5) Arabes praesertim pro rebus difficilibus legatos mittere consuevisse in terram Ammonitidem, qui eius oraculum consulerent, observat Vossius *De Theol. Gentili sive de orig. et prog. Idololatr. l.* 2. *C.* 11. *T.* 1. *p.* 362. *Ed. Amstaelodam. an.* 1641.

(6) ,, Delubrum Hammonis (ait *Plinius Hist.* ,, *nat. l.* 6. *C.* 29.) et ibi (nimirum in Meroe) religio- ,, sum, et toto tractu Sacella ,,.

(7) *Ibidem*.

(8) Herodotus *loc. cit.* Consulendi sunt Priscus in

tannis, Nilo transvecto, Thebas ejus venerandi caussa veniebant (1) ab Ammonitis (2) Aegyptiorum, et Ethyopum colonis, atque (3) ab Elephantinopolis incolis.

17. Neque id mirum alicui videri debet. Quippe qui Aegyptus caetera Numina sub varia animalium forma divino ipso documento ductus, ut praesertim fabulans animadvertit, et refert Diodorus Siculus (4), colere solitus, quod haec in eam mutata (5) ut Typhonem, caeterosque Gigantes coelum invadere, atque una cum Diis ipsis capere tentantes fugerent, in Aegypto latuerint, Jovem sub arietis configuratione, quam is illa occasione adscivisse (6) credebatur, Idolo nimirum ex

Eclog. Legationum, et Auctores *Encyclop. Metod. Antiquites V. Ammon T. 1. p. 146. Ed. Patav.*

(1) Herodotus *loc. cit.*

(2) Herodotus *loc. cit.* et *p.84. Adnot.* 1. afferendo.

(3) Eusebius *loc. cit.*

(4) *Biblioth. histor. l.* 1. *p.* 77.

(5) Hanc mythologicam fabulam praeter alios permultos pandunt tum Diodorus *loc. cit.*, tum Herodotus *Hist. lib.* 2., tum Ovidius in *Metamorphos.*, tum Eusebius in *Praepar. Evang.*

(6) „ Hinc Aegyptii existimant, (ait Athanasius

corpore humano, et capite arietis efficto, (1) venerabatur. Accedebat quoque popularis universae illius regionis opinio, qua (2) Jovem videlicet sub hac eadem arietis forma caeteros Deos tamquam perduelles ab eo desciscentes, ac eumdem e trhono deiicere audentes ab Aegypto expulisse vulgo arbitrabatur. Dicebatur etiam, ac praesertim a Thebanis
„ Quod Juppiter, cum ab Hercule eum
„ cernere volente cerni nollet, tandem
„ exoratus hoc commentus sit, ut, amputa-
„ to arietis capite, pelleque villosa, quam
„ illi detraxerat, induta, sibi sese ita
„ Herculi ostenderet; et ob id Aegyptios
„ instituisse Jovis simulacrum arieti-
„ na facie effingere, et ab Aegyptiis Am-
„ monios accepisse, qui sunt Aegyptio-

Kircherus in *Obelisco Pamphilio* *l.* 4. *Hierogrammatism.* 2. *p.* 270. huius Aegiptiacae opinionis caussam reddens) „ illud Numen, quod ipsi *Amun* dicunt,
„ sub arietis comparuisse forma, ut per naturam, et
„ proprietatem arietis, cujusnam ipsum naturae es-
„ set, et quaenam in mundi administratione eius es-
„ sent officia, et ministeria, ostenderet „.

(1) Vide Chompre *Dictionaire portatif de la fable T.* 1. *Art. Ammon p.* 84. *col.* 1. *novae Ed. Paris. an.* 1801.

(2) Consulatur *Adnot.* 1. *p.* 77.

„ rum, ac Aethiopum coloni, et lin-
„ guam inter utrosque usurpantes „ tradit Herodotus (1). Hanc ob rem (ut idem (2) pergit) „ arietes (nec non oves, quibus, (3) publica etiam condita lege, parcendum sibi esse ducebant) „ non
„ mactabantur a Thebanis, sed iis erant
„ sacri. Certo tantum die quotannis in
„ festo Jovis unum demum arietem ob-
„ truncabant, cuius pelle detracta, hoc

(1) „ Θηβαῖοι μὲν νῦν, (inquit *loc. et pag. cit.*) ϗ ὅσοι διὰ τούτους ὀίων ἀπέχονται, διὰ τάδε λέγουσι τὸν νόμον τόνδε σφι τεθῆναι, Ἡρακλέα θελῆσαι πάντως ἰδέσθαι τὸν Δία, ϗ τὸν οὐκ ἐθέλειν ὀφθῆναι ὑπ᾽ αὐτοῦ, τέλος ἐπεί τε λιπαρέειν τὸν Ἡρακλέα, τὸν Δία μηχανήσασθαι, κριὸν ἐνδείμαντα, προεκθέσθαι τε τὴν κεφαλὴν ἀποταμόντα τοῦ κριοῦ, ϗ ἐνδύντα τὸ νάκος, οὕτο οἱ ἑωῦτον. ἐπιδεῖξαι, ἀπὸ τούτου κριοπρόσωπον τὤγαλμα τοῦ Δίος ποιεῦσι Αἰγύπτιοι. Ἀπὸ δὲ Αἰγυπτίων Ἀμμώνιοι, ἐόντες Αἰγυπτίων τε, ϗ Αἰθιόπων ἄποικοι, ϗ φωνὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων νομίζοντες „.

(2) „ Τοὺς δὲ κριοὺς (inquit ibid.) οὐ θύουσι Θηβαῖοι, ἀλλ᾽ εἰσὶ σφι ἱροὶ διὰ τοῦτο. μιῇ δὲ ἡμέρῃ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐν ὁρτῇ τοῦ Διὸς, κριὸν ἕνα κατακόψαντες, ϗ ἀποδείραντες, κατὰ τωυτὸ ἐνδύουσι τὤγαλμα τοῦ Δίος. ϗ ἔπειτά ἀλλὸ ἄγαλμα Ἡρακλέος πρόσάγουσι πρὸς αὐτόν. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, τύπτονται οἱ περὶ τὸν ἱρὸν ἅπαντες τὸν Κριὸν, ϗ ἔπειτα ἐν ἱρῇ θήκῃ θάπτουσι αὐτὸν „.

(3) Vide *Adnotationem* 1. *praecedentem in principio*, et Kircherum *loc. cit. p.* 272.

„ modo Jovis simulacrum induebant; „ ac ad illud deinde aliud afferebant „ Herculis simulacrum. Quo peracto, „ cuncti; qui circa templum erant, „ arietem verberabant, ac sacra postea „ urna eumdem sepeliebant „. Ita quoque Baccho per Lybiam exercitum ducenti, et in ejus desertis ob sitim mox pereundo, ac Jovis auxilium imploranti hoc numen sub arietis specie se in arena praebens, et pede tellurem percusso fontem, ex quo ille cum universo exercitu depellere posset sitim, indicans, opem tulisse communiter praeterea (1) existimabatur. Qua-

(1) Ita perhibent Aristophanes in *Com.*, Plinius in *Hist. Nat.*, Lucanus in *Phars.*, Herodotus *l.* 2., Pausanias *in Messan.*. Sed consulendi plane sunt Hyginus in *Fabulis*, Lilius Gyraldus in *Historiis Deorum syntagm.* 2., Du Choul *loc. cit. p.*50., Martianus Capella *lib.* 2. *de Nuptiis*, Cartarius *in Imaginibus Deorum*, Kircherus *loc. cit. pag.* 271. Causaeus *loc. cit.*, Ficoronius in Opusc., cui titulus *Breve descrizione di tre particolari statue scopertesi in Roma l'anno* 1759. *p.* 3., Chompre *Dictionaire de la fable loc. cit.*, *Dizzionario delle favole. In Venezia* 1771. *Art.* Ammone *pp.* 29. *et* 30. Aliter de hoc existimatum fuisse putat Badius, qui in *Adnot. ad Valer. Max. l.* 8. *C.* 15. §. 3. *in Extern.* ad verba *Hammonis fonti*, *p.*750. nulli tamen veteri Scriptori nixus ait, Bacchum à Jove sub arietis

propter Bacchum grati animi caussa templum eo in loco propter arenas, quibus is abundat, Jovi Hammoni scilicet arenoso extruxisse addebatur. Quanquam Jovem Hammonem Aegyptiis eumdem esse putent Kircherus (1), et Gerardus Joannes Vossius (2), ac Cham, sive Ham Noe filium, quem post patrem suum apud illos regnasse idem ait (3) Vossius, atque (4) ab eo appellatum fuisse (5) Αμȣ̃ν, indeque à Grae-

specie perductum fuisse ad fontem, quo universi exercitus extingueret sitim.

(1) *In Opere cit. lib.* 1. *Cap.* 2. *pag.* 15.

(2) *De Theologia Gentili sive de origine ac progressu Idololatriae lib.* 1. *cap.* 27. *To.* 1. *pag.* 197., *et Cap.* 32. *pag.* 239., *ac lib.* 2. *Cap.* 11. *pagg.* 361. *et* 362. *Edit. Amstaelodam anni* 1641.

(3) *Ibid. cit. l.* 1. *cap.* 27. *p.* 197.

(4) *Locis citatis*.

(5) Aliquid etiam Aegyptiaco idiomate vox *Amun* significabat. „ Hecateus ait *Amun* (ut *cit. l.* 4. *Hierogr.* 2. *pp.* 270. *et* 271. refert Kircherus) „ in „ lingua Aegyptia significare *vocem invocantium De-* „ *um*, eaque uti solitos fuisse Aegyptios, eum prae- „ cipue incognitum arcanumque dicebant; ad quod „ alludens Phestus hac precatoria ad Ammonem for- „ mula: Ζὰς λυβύης Ἀμμον κερατήφορε κλυθίμάντε. „ *O Lybiae vates exaudi corniger Ammon*. Jambli- „ chus (*de Myster. Aegypt.*) vero dicit, id significa- „ re vim quamdam Numinis arcanas latentium ra- „ tionum vires in lucem agentem, cui adstipulatur

cis Ἄμμων. Hanc postremam siquidem, is Graeculorum, quos sequutus est Hyginus (1), explodit, ac refellit (2) Etymologiam, atque fabulam. Cum ridiculum esse subiiciat (3) „ velle Ammonis nomen petere a Graecis : cum „ Aegyptii ipsi Ἀμοῦν appellent, teste „ etiam Herodoto „.

18. Solemnem autem in Arietis signo solis, ac lunae congressionem ab Aegyptiis Astrononomiae peritissimis significari hujusmodi configuratione voluisse censet (4) Eusebius ; perinde ac

„ Manethon. Siquidem huic Numini concessum esse „ aiebant, arcanas, abditasque rationum, sive illae „ in mundo sensibili, sive insensibili lateant, vires „ educere.

(1) *Fab.* 133.

(2) *Cit. l.* 1. *C.* 27. *p.* 197., *et Cit. l.* 2. *C. II. pag.* 362.

(3) *Ibid. pag.* 362.

(4) *Loc. cit.*, ubi arietinae faciei, sub qua Jovem Hammonem in simulacro suo Elephantinpolitani, ut vidimus *p.* 76., ibique *Adnot.* 1., colebant, et repraesentabant, reddens caussam inquit „ Δηλοῖ δέ ἀπό μὲν τοῦ κριοῦ πρόσωπον ἔχειν, καὶ αἰγὸς Κέρατα, τὴν ἐν Κριῷ σύνοδον Ἡλίου καὶ Σελήνης · τὸ δὲ ἐκ κυανοῦ χρῶμα, ὅτι ὑδραγωγός ἐν συνόδῳ ἡ Σελήνη „ Videlicet „ Et arietina quidem facies, caprinaque cornua „ solemnem in Arietis signo Solis ac Lunae congres„ sionem : coeruleus vero color Lunae vim ad cogen-

maximam solis vim arietinis cornibus, si quando haec in Jovis Hammonis simulacris humano etiam adjungebant capiti, eosdem innuere spectasse addit Macrobius (1); quae tamen ab eius responsorum obscuritate ducit (2) Servius. Aegyptii etiam „ arietem pingentes (ut coniicit Kircherus (3)) „ occulte illud

„ das et eliciendas aquas in ea congressione praeci- „ puam repraesentant „ .

(1) *Saturnal. l.* 1. *C.* 21. *p.* 268. *Edit. Com. an.* 1736. „ Nec solus Leo, (inquit) sed signa quoque „ universa Zodiaci ad naturam solis jure referuntur, „ et, ut ab Ariete incipiam, magna illi concordia „ est. Nam is per menses sex hibernales sinistro „ incubat lateri, ab aequinoctio verno supra dexte- „ rum latus: sicut et sol ab eodem tempore dexte- „ rum hemisphoerium, reliquo ambit sinistrum. „ Ideo et Hammonem, quem Deum Solem Occiden- „ tem Libyes existimant, arietinis cornibus fingunt, „ quibus maxime id animal valet, sicut Sol radiis. „ Nam et apud Graecos ἀπὸ τȣ̃ κάρα κρίος appel- „ latur „ .

(2) *In Comment. in l.* 4. *Aeneidos* „ Jovi (ait) „ Hammoni templum cum simulacro cum cornibus „ arietinis constitutum; quod ideo fingitur, quia „ satis eius sunt involuta responsa „ . Haec eadem nanque difficilibus, obscurisque verbis tradi consueverunt, quod ipsis veterum auctorum locis adductis ostendendum aggreditur Vossius *loc. cit. l.* 2. *To.* 1. *p.* 363., qui proinde nec, „ relatu indignam „ esse ait allatam a Servio derivationem.

(3) *Cit. l.* 4. *Hierogr.* 2. *p.* 270.

„ Numen adumbrabant , quod caloris „ humidi in terreno mundo rationem „ exprimebat . Etenim aries animal „ calidum , et humidum ; calidum au- „ tem , et humidum omnis generatio- „ nis primordia sunt . Ita Abenephi : „ *Indicantes* (scilicet Aegyptii) *calo-* „ *ris vim in mundo arietem pinge-* „ *bant* „ .

19. Nec desunt., qui huiusmodi configurationem , quemadmodum *Dio*dorum sequutus censuit Vossius (1) , perinde ac Hammonis nuncupationem , ut ii sunt,quorum meminit Causaeus (2), ductam esse autument a quodam Hammone Aegypti rege , qui pro galea , velut idem asserit Vossius (3) , usus fuit cornuta capitis bubuli pelle, cuiusmodi (4) eo tempore consueverat , quò e pellibus mutorum animalium fiebant galeae , vel etiam , sicut illi alii sunt

(1) *Loc. cit. l.* 1. *C.* 27. *To.* 1. *pp.* 201. *et* 202.
(2) *Loc. cit.*
(3) *Ibidem p.* 202.
(4) Id etiam *ibidem p.* 201. asserit , atque tuetur Vossius .

arbitrati, quia (1) galeae suae cono arietis inesset caput. Tum cum enim, pelliceis desuescentibus, aeneae, atque ferreae invectae sunt galeae, (2) ipsa illorum animalium, vel saltem capitis figura in iisdem exprimebatur, inter quae ferocissima seligebantur, quorum profecto imagine, quae bellicis etiam insculpebatur armis, veteres illi exercituum duces se fortiores, atque formidolosiores, terrore sic ipsis hostibus injecto, forsitan evadere putarunt.

20. In Jove autem Hammone apud Aegyptios colendo magnam partem tintinnabula sibi vindicasse, antiquis licet tum scriptoribus, tum aliis silentibus monumentis, non immerito tamen nos ab initio usque ideo conieci- mus, quia tintinnabulum eius Aegyptiaci simulacri collo praetiosissimum illud superius (3) a nobis exhibitum, et recensitum nullatenus adjecisset monu-

(1) Ita refert Causaeus *ibidem*.

(2) Hanc consuetudinem memorat praesertim Statius *Thebaidos l.* 3., ac inde Causaeus *ibidem*, et de eadem fusius disserit Vossius *ibidem*.

(3) §§. 12. *et* 13. *huius capitis*.

mentum, nisi antiquitus ab Aegyptiis id genus instrumenta in solemni ejusdem ineundo adhiberentur cultu. Cujus porro maximum inde presertim clare aperteque patet praetium; quippe quod hujus Aegyptiacae consuetudinis eruditis hactenus incognitae perhibet, atque detegit memoriam.

21. Harpocratis quoque propria veteres tintinnabula existimasse, ac eadem ab iis in illius Numinis exequendo cultu adhiberi consuevisse, antiquum pandit monumentum a Winckelmanno (1) memoratum, et recensitum, ubi Harpocratis repraesentatur simulacrum, cui adjectum conspicitur tintinnabulum.

22. Apud Syros etiam sacerdotes in Deae Syriae, sive Junonis Assyriae, veluti

(1) In opere inscripto *Description des Pierres gravées* du feu Baron de Stosch par M. Winckelmann. *A Florence* 1760. *in* 4. *Premiere classe. Hieroglyphes n.* 89. *pp.* 22. *et* 23. *Pate ana.* „ Harpocrate (inquit) debout, et vetu tenant un sceptre „ de la main gauche: au dessus des deux cotés on „ voit une petite cloche, qui étoit communement „ le symbole de ceux, qui étoient initiés aux orgies de Bacchus „.

explicat Lucianus (1), cujus, ut caeteros praeteream, Tullius (2) Plutarchus (3), Tertullianus (4), et Eusebius (5) iniiciunt mentionem, ineundo cultu, eodem Luciano teste, quem tamen Fogginius (6) non satis recte, ut (7) mihi videtur, exi-

(1) In *Dialogo de Dea Syria* in principio *Opp. To.* 3. *p.* 451. *Edit. Amstelodam. an.* 1743.

(2) *De nat. Deor. l.* 3. *C.* 23. *Opp. Vol.* 9. *p.* 209. *Ed. Ven. an.* 1731. ex recens. Verburgii.

(3) *Vitarum parallelarum To.* 2. *in Crasso p.* 1010. *cit. Ed.*

(4) In *Apologetico*.

(5) De *Praeparatione Evangelica C.* 2.

(6) In *Museo Capitolino To.* 4. *p.* 233. *Ed. Lat.*, et *p.* 257. *Ed. Ital.*

(7) Cultum Deae Syriae, sive Junonis Assyriae iniri solitum, ac ea de re unum ex duobus infra recensendis phallis quolibet anno ab illius Divae Sacerdote bis ascendi consuevisse, manifeste pandit Lucianus. De hac nanque Diva, non quidem de Baccho, eiusque cultu idem suo illo in Dialogo de *Dea Syria* inscripto agit, templum ei dicatum recenset, ac phallorum illorum memorat ascensum; qui erant, ut legitur p. 474., in templi vestibulo, quos Bacchus, cum in Syriam venit ea via, qua rediit ab Aethiopia, non quidem in suum, sed in illum Junonis Assyriae honorem jampridem statuisse dicit, eidemque, ut ipsa eorum pandit inscriptio, expresse dicaverat. Etenim, veluti ait *p.* 463. „ Et stant phalli in vestibulo duo maximi, quibus haec inest inscriptio.

„ Hosce Phallos Bacchus
„ Junoni Novercae Posui „.

stimat de Bacchi cultu duntaxat, de nullo alio praeterea egisse, aeneum quoddam pulsabant instrumentum, quo strepitus ederetur, et quod tintinnabulum esse censuerunt, et asseruerunt Magius (1), Sweertius (2), et Smetius (3). Qua ratione autem id ab iis perficeretur, risum certe movet, atque admirationem. Constat enim (4) „ ante Syriae Deae

Phallos quidem à Graecis Baccho erectos *ibidem* memorat Lucianus, ac illos, qui phallos ascendebant, in honorem Bacchi etiam ea peragere solitos esse *pp.* 474. *et* 475. putat. Inquit enim „ Ac puto illos haec etiam „ Baccho facere „. Sed haec, veluti clare aperteque patet, Deae Syriae, sive, ut eam à Luciano appellari notavimus, Junonis Assyriae cultum neutiquam excludunt, cui et illum Bacchi quamvis dubitans, ut allata ipsa eius pandunt verba, Lucianus adjungit, non secus ac nonnulli alii adjungebant illum Deucalionis, qui tamen parum probabilis ei videtur. Quin et maximum adest inter illos Bacchi, et illos Deae Syriae phallos discrimen. Dum enim hosce postremos ab eius Sacerdote quotannis reapse ascendi, ab initio usque innuimus, ac Lucianus, ut ex integro eius loco *Adnot.* 4. exscribendo manifeste apparet, expresse tradit, illi Baccho erecti, veluti adiicit, minime ascendebantur, sed circa eorum truncum duntaxat ligneus collocabatur homo, eiusque imitatione hic, in aliis scilicet Deae Syriae, ascendi consuevisse ait.

(1) *In libro de Tintinnabulis C.* 7. *p.* 38.

(2) *In Notis ad locum cit. Magii p.* 87.

(3) *In Antiquitat. Neomagens. pp.* 154. *et* 155.

(4) Haec sunt verba, quae tamquam ex Luciano

„ templum (verba sunt Luciani , quae

desumpta nobis refert Magius , qui est profecto excusandus , si carcere Turcico mancipatus , omnique librorum genere destitutus sensum dumtaxat , non verba ipsa Luciani nobis tradiderit . Integrum itaque eius testimonium referri certe hoc in loco debet . Ex eo namque Deae Syriae sive Junonis Assyriae templi locus , sacrificandi ritus , caeteraque omnia ad cultum huius Deae spectautia luculentissime eruuntur . Hoc est autem , ut sequitur . „ Ὁ μὲν χῶρος αὐτὸς (inquit ipse in *Dialogo de Syria Dea* §. 28. *et* 29. *a p.* 473. *ad* 476. *T.* 3. *Ed. Amstaelodam. an.* 1743.) ἐν τῷ τὸ ἱρὸν ἵδρυται , λόφος ἐστὶ , κέαται δὲ κατὰ μέσον μάλιστα τῆς πόλιος · καὶ οἱ τείχεα δοιὰ περικέαται · τῶν δὲ τειχέων τὸ μὲν ἀρχαῖον , τὸ δὲ οὐ πολλὸν ἡμέων πρεσβύτερον . Τὰ δὲ προπύλαια τοῦ ἱροῦ , ἐς ἄνεμον Βορέην ἀποκέκρινται , μέγαθος ὅσον τε ἑκατὸν ὀργυιέων . Ἐν τούτοισι τοῖσι προπυλαίοισι , καὶ οἱ φαλλοὶ ἑστᾶσι , τοὺς Διόνυσος ἐστήσατο , ἡλικίην καὶ οἵδε τριηκοσίων ὀργυιέων . Ἐς τουτέων τὸν ἕνα φαλλὸν ἀνὴρ ἑκάστου ἔτεος δὶς ἀνέρχεται , οἰκέει τε ἐν ἄκρῳ τῷ φαλλῷ χρόνον ἑπτὰ ἡμερέων . Αἰτίη δὲ οἱ τῆς ἀνόδου ἥδε λέγεται · οἱ μὲν πολλοὶ νομίζουσι ὅτι ὑψοῦ τοῖσι θεοῖσι ὁμιλέει , καὶ αγαθὰ πάσῃ Συρίῃ αἰτέει · οἱ δὲ τῶν ευχωλεων ἀγχόθεν ἐπαΐουσι . Αλληλοισι δὲ δοκέει , καὶ τάδε Δευκαλίωνος εἵνεκα ποιέεσθαι , ἐκείνης ξυμφορῆς μνήματα , ὁκότε οἱ ἄνθρωποι ἐς τὰ οὔρεα καὶ ἐς τὰ περιμήκεα τῶν δενδρέων ἤεισαν , τὸ πολλὸν ὕδωρ ὀῤῥωδέοντες . Ἐμοὶ μὲν ὦν καὶ τάδε ποιέειν . Συμβάλλομαι δὲ τουτέοισι . Φαλλοὺς ὅσοι Διονύσῳ ἐγείρουσι , ἐν τοῖσι φαλλοῖσι , καὶ ἄνδρας ξυλίνους κατίζουσι · ὅτευ μεν εἵνεκα , ἐγὼ οὐκ ἐρέω . Δοκέει δ᾽ ὦν μοι καὶ ὅδε ἐς ἐκείνου μίμησιν τοῦ ξυλίνου ἀνδρὸς ἀνέρχεσθαι . Ἡ δὲ οἱ ἄνοδος τοιήδε · Σειρῇ μακρῇ ἑωυτόν τε ἅμα , καὶ τὸν φαλλὸν περιβάλλει μετὰ δὲ ἐπιβαίνει ξύλων

προσφυῶν τῷ φαλλῷ, ὁκόσον ἐς χώρην ἄκρου ποδός· ανιὼν δὲ ἅμα ἀναβάλλει τὴν σειρὴν ἀμφοτέρωθεν, ὅκωσπερ ἡνιοχέων. Εἰ δέ τις τόδε μὲν οὐκ ὄπωπε, ὄπωπε δὲ φοινικοβατέοντας, ἢ ἐν Ἀραβίῃ, ἢ ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ ἄλλοθί κου, οἶδε τὸ λέγω. Ἐπεὰν δὲ ἐς τέλος ἵκηται τῆς ὁδοῦ σειρὴν ἑτέρην ἀφεὶς, τὸν αὐτὸς ἔχει, μακρὴν ταύτην, ἀνέλκει τῷ οἱ θυμὸς, ξύλα, ϗ εἵματα, ϗ σκεύεα· ἀπὸ τῶν ἕδρην συνδέων, ὁκοίην καλιὴν, ἵζάνει. Μίμνει τε χρονον, τῶν εἶπον ἡμερέων. Πολλοὶ δὲ ἀπικνεόμενοι, χρυσόν τε, ϗ ἄργυρον, οἱ δὲ χαλκὸν κομίζουσι· εἶτ' ἀφέντες ἐκείνου πρόσθε κείμενα, ἀπιᾶσι, λέγοντες τὰ οὐνόματα ἕκαστος· Παρεστεὼς δὲ ἄλλος, ἄνω ἀγγέλλει· ὁ δὲ δεξάμενος τοὔνομα, εὐχωλὴν ἐς ἕκαστον ποιέεται. Αμα δὲ εὐχόμενος, κροτέει ποίημα χάλκεον, τὸ ἀείδει μέγα, ϗ τρηχὺ, κινεόμενον, εὕδει δέ οὐδαμῇ. Ἢν γὰρ μιν ὕπνος ἕλῃ ποτὲ, σκορπίος ἀνιων ἀνεγείρει τε, ϗ ἀεικέα ἐργάζεται, ϗ οἱ ἥδε ἡ ζημίη τοῦ ὕπνου ἐπικέεται. Τὰ μὲν ὦν ἐς τὸν σκορπίον μυθέονται, ἱρά τε, ϗ θεοπρεπέα· εἰ δὲ ἀτρεκέα ἐστὶ, οὐκ ἔχω ἐρέειν. Δοκέειν δὲ μοι, μέγα ἐς αγρυπνίην συμβάλλεται, ϗ της πτώσιος ἡ ὀῤῥωδίη. Φαλλοβατέων μὲν δὴ πέρι τοσαῦτα ἀρκέει· ὁ δε νηὸς ὄρεει μεν ἐς Ἠέλιον ἀνίοντα ,,. Nimirum ,, Locus ipse, in quo sacrum constitutum est, collis ,, est. Jacet autem in media Urbe, et duplici muro est ,, circumdatus. Murorum alter antiquus est, alter non mul- ,, tum aetate nostra superior. Vestibulum templi in Bo- ,, ream ventum porrectum est, centum circiter passuum ,, magnitudine. In hoc vestibulo etiam stant phalli, quos ,, Bacchus statuit, iique altitudine tricenorum passu- ,, um. In horum unum phallum vir singulis annis bis ,, ascendit, moraturque in summo phallo tempus septem ,, dierum. Caussa illi huius ascensionis ista memora- ,, tur. Vulgus putat in alto illum versari cum Diis, ,, et bona petere toti Syriae, eosque sic e propin- ,, quo audire preces. Alii haec etiam Deucalionis ,, caussa fieri autumant. in memoriam illius calami-

„ tatis , cum homines in montes , et arborum altissi- „ mas aquarum multarum metu ascenderunt . Mihi „ quidem ista quoque parum probabilia , ac puto illos „ haec etiam Baccho facere . Conjicio autem inde . „ Phallos quotquot Baccho erigunt , iidem ligneos in „ phallis viros collocant : cuius rei causa , non dixe- „ rim equidem . Videtur ergo mihi illius lignei viri „ imitatione hic ascendere . Porro ascensus est eius- „ modi . Catena longa se pariter ac phallum circumdat . „ Postea inscendit ligna phallo affixa , ea magnitudine , „ quae extremum pedem recipiat . Quantum vero „ ascendit , tantum utrinque aurigantis gestu , cate- „ nam in altum reijcit . Si quis vero hoc non vidit , „ vidit autem illos , qui palmas conscendnnt in Ara- „ bia , aut in Aegypto , aut alio quocumqne loco , „ idem quod dico intelligit . Cum autem ad finem „ viae pervenit , fune demisso alio , quem secum ha- „ bet , longo illo quidem , sursum trahit , quae vult , „ ligna , et vestes , et vasa : e quibus sede colligata,quasi „ nido quodam ibi desidet , manetque tempore die- „ rum , quos dixi . Advenientes autem multi aurum , „ et argentum , quidam vero aes adferunt : deinde in „ conspectu illius posita relinquunt , indicato suo quis- „ que nomine . Adstans vero alius sursum nuntiat ; „ ille vero , accepto nomine, preces pro unoquoque nun- „ cupat : inter precandum sonum edit instrumento „ aeneo , quod , ubi movetur , magnum quiddam ca- „ nit , et asperum . Dormit neutiquam . Si enim so- „ mnus illi aliquando obrepat , scorpius ascendens „ et excitat illum , et magno malo afficit : haec ei „ poena somni proposita est . Quae igitur de scorpio „ narrant , ea sacra sunt , et religiosa : utrum sint „ vera , dicere non habeo . Ut mihi videtur , multum „ etiam ad vigilandum confert ille metus cadendi . „ De illis phallorum conscensoribus haec sufficiant. Tem- „ plum spectat in Solem Orientem „ .

affert Magius (1)) „ (2) phallos duos

(1) *Loc. cit. pp.* 37. *et* 38.

(2) Phallus apud Lucianum idem est ac apud alios *Phellus*. Quod perspicue nobis indicat *Scholastes* Aristopbanis ad *Nubes* vs. 71. ad ea verba ἄγας ἐκ τοῦ Φελλέως sic inquiens „ Τόπος οὕτω καλούμενος ἐν Αττικῇ. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν Διόνυσόν ἐστι τις ἑορτὴ τοῖς Ἀθηναίοις Φέλλος καλουμένη, ἥτις τῶν Διονυσίων ἄρχεται. Λουκιανὸς δὲ ἐν τῷ περὶ τῆς Συρίης Θεοῦ Φαλλοὺς φησὶν etc. „ Locus sic nuncupatus „ in Attica. Enimvero est apud Athenaeos quoddam „ festum in honorem Bacchi Phellus dictum, quae à „ Bacchanalibus incipit. *Lucianus autem in Dialogo* „ *de Dea Syriae Phallus dicit* „. Lucianus vero hoc in loco non de ipso festo, sed de phallo, qui adhibebatur, sermonem habet. Quid autem hic esset, nobis explicat Plutarchus *in Alexandro* „ φαλλὸς (inquit) ξύλον ἐπίμηκες ἔχων ἐν τῷ ἄκρῳ σκύτινον αἰδοῖον ἐξηρτημένον „. Lignum oblongum babens verendum ex „ summitate suspensum „. In festis Baccho sacris lignum hoc adhibebant Graeci. De phallis, eorumque usu, et origine, quae certe putidissima est, et idem Plutarchus, et Theodoretus l. 7. *Graecanicarum affectionum*, sive *sermone* de *Martyribus*, et Athenaeus *l. XIV.*, et Herodotus l. 2. *Cap.* 48., et alii, quos affert Petrus Castellanus in Syntagmate *de Festis Graecorum* sub titulo ΔΙΟΝΥΣΙΑ *Col.* 643 *et seqq. To.* 7. *Thesauri antiquitat Graecar.* Jacobi Gronovii, Scholiastes Aristophanis ad *Acharn.* p. 271. et ad *Nubes* Vs. 71., et Vitringa in Notis ad Lucianum ad verbum φαλλῶν pag. 94. To. 2., et ad ea verba τῷ Διονύσῳ p. 4'3., et Moses Solanus *ibid.* ad verbum φαλλοὶ pag. 462. T. 3. dictae Edit. Amstelodam., et Julius Caesar Scaliger in Commentario *de Comoedia et Tragoedia ibid. To.* 6. *C.* 6. *p.* 1509., et Joannes Henricus Eggelingius

„ mirae altitudinis fuisse statutos (1):
„ in hos sacerdotem ea solitum arte con-
„ scendere, qua Syri palmas altiores,

in *Epistola de Mysteriis Cereris* et *Bacchi*, *p.* 62., et Johannes Meursius in *libro singulari de Eleusinia p.*118. *To.* 7., et Octavius Falconerius in *Dissert. de Nummo Apamensi ibid. p.* 689. *To.* 10., et Jacobus Sponius in *Miscellaneis Eruditae Antiquitatis sect.* 2. *Art.* 2. *et* 3. *p.* 699. *et seq. Vol.* 4. *novor. Supplementorum utriusque Thesauri antiquit. Romanar. Graecarumque confectorum a Joanne Poleno*. Morem hunc Graecos ab Aegyptiis travisse ex Herodoto, aliisque probat *loc. cit.* Petrus Castellanus; quod et probat etiam allatus Luciani locus. „ Qui tamen (i.e. Aegyptii) (inquit Castellanus *cit.lo.Col.*644.)in eo differunt à Graecis,quod „ vice pudendorum ex ligno dependentium homunciones „ circumducerent eximie peculiatos, quorum motu tantum moveretur „. Idque tradit etiam *cit. loc.* Lucianus. Arbores autem istos *ficulneas* plerumque fuisse probat Theodoretus lo. cit. Sic enim ait „ Καὶ σιωπῶ τὸ σύκινον πέος, ϗ τα ἐπὶ τϐτῳ τελϐμενα αἰσχυνόμαι λέγειν, ἐφ' οἷς ἐπανηγύριζον Ἕλληνες „ Taceo ficulneum veretrum, quaeque circa illud mysteria, „ ritusque habentur. Pudet enim ea me referre, quibus „ olim Graeci solemnitates dicarunt „.

(1) Moses Solanus non credit Luciano dicenti *cit. lo.* tantae altitudinis fuisse et templum illud, et phallos, qualis ipse describit. Quare in Adnotationibus ad hunc Luciani locum ad verbum μέγαθος *p.* 473. *et* 474. *To.* 3. dictae Editionis Amstaeledamensis sic ait „ Haud „ quaquam credibile est, tantae altitudinis fuisse „ templum. Corruptum esse hunc locum etiam inde „ patet, quod mox eiusdem altitudinis fuisse phallos „ additurus, trecentorum cubitorum fuisse ait „.

„ nimirum fune caudici advoluto, ((1)
„ duplicem hunc esse oportuit, ne dum
„ in altero pedes ejus, qui conscendere
„ vellet, consisterent, alter alterius pro-
„ moveretur) ac paulatim ad superio-
„ res partes protracto. Cum vero ad
„ summas phalli partes pervenisset, ora-
„ re, sacra facere, ac inclamare consue-
„ visse, atque interim tintinnabulo so-
„ num edere, ut verbis tinnitus socia-
„ retur „. Quorum tamen sonus non levis, sed, eodem Luciano perhibente, gravis erat, et asper. Sic enim loquitur (2) „ Sacerdos postquam ad summum
„ templi pervenit, preces pro unoquo-
„ que facit; precando autem pariter,
„ et (3) aereum qnoddam tintinnabu-
„ lum pulsat, quod motum graviter,
„ atque aspere sonat „.

(1) Haec intra parenthesim verba sunt Magii.

(2) *Loc. cit. in fine.*

(3) Ita interpraetantur verba Luciani tum Magius, tum Sweertius, tum Smetius *locis citatis*. Tintinnabulum quidem expresse non memorat Lucianus. Quippe qui non κώδωνα, sed ποίημα χάλκεον usurpat Lucianus: His tamen verbis tintinnabulum potius quam aliud quodlibet instrumentum iudicari ab eo voluisse communis tintinnabula in sacris ineundis pulsandi consuetudo suadet.

23. Illis autem Sacerdotibus in more positum erat tintinnabuli ope pecuniam quaerere, ac emendicare. „ Sunt „ praeterea, qui putent, (ait hac de „ re loquens Magius ( )) Deae ejusdem „ (nempe Syriae) Sacerdotes, qui sti- „ pem non modicam passim emendican- „ tes, sive potius corradentes, colli- „ gerent (hos Cicero in libris de le- „ gibus *Domos exhaurire, et urbem* „ *superstitione implere* dicit) tintinna- „ bula usurpasse; visiturque inter anti- „ quorum statuas, Romae opinor, Sa- „ cerdos hujusmodi cum pera, et tin- „ tinnabulo„. Narrationem Magii plane confirmat Lucianus sic ajens (2) „ Multi „ autem venientes, aurumque et argen- „ tum, quidam etiam aes afferunt, dein- „ de ante illum (i. e. Sacerdotem) ap- „ positis, atque ibi relictis illis, abeunt „ unusquisque nomen suum edentes. „ Astans autem alius quidam, sursum „ renunciat. Ille igitur, accepto no- „ mine, preces pro unoquoque facit;

(1) *Cit. C. 7. p. 38.*
(2) *Loc. cit.*

„ precando autem pariter, et aereum „ quoddam tintinnabulum pulsat „ : Quae ab Isiacis etiam sacerdotibus fieri consuevisse idem arbitratur Magius (1). Quamobrem mirum non est, si „ mendici quoque „ (veluti narrat, nullo tamen veteri sive auctoris loco sive monumento allato, Grancolas (2)) „ nolas „ haberent ad praetereuntes, ut stipem „ darent, excitandos „.

24. Scribit etiam Porphyrius (3),

(1) *Ibidem in fine p.* 39.

(2) *In Comm. hist. in Rom. Brev. l.* 1. *C*, 22.

(3) Integrum certe hoc in loco Porphyrii testimonium exscribi debet. Quoniam ex eo vita etiam, mores, et instituta horum philosophorum facile dignoscuntur. Haec enim habet in Opere de *non necandis ad epulandum animalibus seu de abstinentia animalium* „ Ὁ δὲ βίος τοῖς Σαμαναίοις (ait) ἐστὶ τοιοῦτος. Σ᾿ ἔξω τῆς πόλεως διατρίβουσι διημερεύοντες ἐν τοῖς περὶ τοῦ θείου λόγοις. Ἔχουσι δέ οἴκους, καὶ τεμένη ὑπὸ τοῦ βασιλέως οἰκοδομηθέντα. Ἐν οἷς οἰκονόμοι εἰσὶν, ἀπότακτοντι λαμβάνοντες παρὰ τοῦ βασιλέως εἰς τροφὴν τῶν συνιόντων. Ἡ δὲ παρασκευὴ γίνεται ὄρυζης, καὶ ἄρτων, καὶ ὀπώρας, καὶ λαχανων. Καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸν οἶκον ὑποσημαίνοντι κώδωνι, οἱ μὴ Σαμαναῖοι ἐξίασιν : οἱ δὲ προσεύχονται. Εὐξαμένων δὲ πάλιν διακωδωνίζειν, καὶ οἱ ὑπηρέται ἑκάστῳ τρύβλιον δόντες : δύο γὰρ ἐκ ταυτοῦ οὐκ ἐσθίουσιν, τρέφοντες αὐτοὺς τῇ ὀρύζῃ· τῷ δὲ δεομένῳ ποικιλίας, προστίτετο τὸ λάχανον ἢ τῆς ὀπώρας τὶ.

apud veteres Indos fuisse alteram post Bracmanas speciem quamdam Philosophorum, qui Samanaei dicebantur, atque tintinnabuli signo, et pulsatione tum ad preces absolvendas, tum ad cibum capiendum congregari consueverunt.

25. Atheniensibus item in rebus sacris ineundis tintinnabula fuerunt in usu. Etenim apud eos, teste Appollo-

Τραφέντες δὲ συντόμως ἐπὶ τὰς αὐτὰς διατριβὰς ἐξιάσιν. Ἀγύναι οἱδὲ εἰσὶ πάντες, καὶ ἀκτήμονες, καὶ τοσȣτον αὐτων „ i. e. „ Vita autem Samanaeorum est hu„ iusmodi : extra urbem habitant diem totum exercentes „ in colloquiis de Deo : habent autem domos, et tem„ pla regiis sumptibus aedificata, in quibus sunt Oe„ conomi, seu rerum domesticarum curatores, qui „ recipiunt à rege in curam, et impensam conventus „ destinata. Apparatus autem ille totus consistit ex „ oryza, pane, fructibus, autumnalibus, et oleribus. „ Itaque *tintinnabulo signum dante* omnes in domum „ properant, ex qua bona pars Samanaeorum non „ egreditur, reliqua precibus occupata. Ubi verò „ preces absolutae fuerint, *rursus tintinnabulum pul„ satur*, quo audito, Ministri singulis catinum do„ nant; Sunt enim duo, qui interea non comedunt „ ciborum ex oryza ministerio occupati, atque pro „ tota varietatis necessitate nonnihil ex fructibus, „ et oleribus mensis apponitur. Tandem compendio„ se cibati exeunt quisque in sua exercitamenta. „ Sunt autem omnes sine uxoribus et sine possessio„ nibus „.

doro (1), Proserpinae Sacerdos, quem is Hierophantam appellat, tintinnabuli sonitu et populum ad sacra facienda cogebat, et Numen invocabat. „ Appollodorus „ inquit (habet vetus Theocriti Scholiastes (2)) „ Athenis Sacerdotem Pro- „ serpinae, quoties Diva invocaretur, „ toties pulsare, quam appellant, tin- „ nulam „. Quae profecto eadem est ac tintinnabulum. Apposite Joannes Argolius „ Ἠχεῖον veterum (ait (3) ex scriptum explicans Scholiastis locum) „ et aes tinnulum figura, qua sunt cam- „ panae nostrae, procul dubio fuere.

(1) In suo *De Diis Gentium* libro, quem deperditum lugemus.

(2) *Ad Idyll.* 11. „ Φησὶν Ἀπολλόδωρος (ait) Ἀθήνησι τὸν ἱεροφάντην τῆς κύρης (κόρης. Sic enim Scholiastes appellat Proserpinam non quidem κατ' ἀντίφρασιν ut ipse dicit *ad Idyll.* XV., quia nupta Plutoni, sed proprie, veluti recte animadvertit Gerardus Joh. Vossius *de Origine et progr. Idolol. l.* 2. *C.* 28. *pp.* 446. et 447. *T.* 1. *Edit. Amstaelod. an.* 1641. hac de re plane consulendus, quia filia Cereris; quoniam allato in loco κόρη perinde se habet ac θυγάτηρ i. e. filia, ut κόρος perinde ac παῖς, υἱὸς, i. e. filius, unde a Latinis Proserpina dicitur *Libera* aeque ac Bacchus Liber) ἐπικαλουμένης ἐπικρούειν τὸ καλούμενον ἠχεῖον „.

(3) *Loc. cit. p.* 56. *Adnot.* 1.

„ Nam Κώδων dicebatur veterum tinnula, „ teste Strabone „.

26. Rursus apud eosdem Graecos non modo, sed et apud Romanos, caeterosque Latii populos, quemadmodum Graeci, et Latini perhibent (1) Scripto-

(1) Sic porro nobis perhibent Strabo, Plutarchus, Virgilius, Ovidius, et Sylius Italicus, quorum loca hic subiicere duxi. Sirabo profecto, qui *Rerum Geographic. l.X.p.466. veteris Edit. Casaubonianae et p.* 715. *To.* 1. *Ed. Amstaelodam. an.* 1707. Bacchantes memorat armata saltatione cum tumultu et strepitu tintinnabulis, tympanis, armis, tibia, et clamore in sacrificiis perterrentes homines, cuius verba inferius à nobis excribentur. Eadem de re ibidem loquens *p.* 470. *vet. Ed. Casaubonianae et pag.* 721. *Edit. Amstelod.* ait „ Τῷ δ' αὐλῷ, καὶ κτύπῳ κροτάλων τε καὶ κυμβάλων, καὶ τύμπανων, καὶ ταῖς ἐπιβοήσεσι, καὶ εὐασμοῖς, καὶ ποδοκρουστίαις . „ Nimirum „ Tibiae, et strepitui crepitaculo„ rum, et cymbalorum, ac tintinnabulorum, acclamationi„ busque, et evasmis, ac pedum pulsationibus propria „. *Et l. XV. p. 712. vet. Edit. Casaubon. p.* 1038. *novae Ed. Amaest.* „ Διονυσιακον δὲ καὶ τὸ σινδονοφορεῖν, καὶ τὸ μιτροῦσθαι καὶ μυροῦσθαι, καὶ βαπτεσθαι ἄνθινα: καὶ τοὺς βασιλέας κωδωνοφορεῖσθαι, καὶ τυμπανίζεσθαι κατὰ τὰς διεξόδους „. „ Bacchicum est etiam sindonem, et mitras gestare, et un„ quentis uti, et floribus tingi, et tympana ac tintinnabula „ exeuntem regem praecedere „. Hinc Plutarchus *l.* 4 *Sympos.* Judaeorum Pontificis vestibus appensa tintinnabula scribit, quod falso crediderit, illum Baccho sacrificia obtulisse. „ Πρῶτον μὲν ὁ ἀρχιερεὺς ἐλέγχει.

res , maximus fuit tintinnabulorum usus

μιτροφόρος τε προϊὼν ἐν ταῖς ἑορταῖς , καὶ νεβρίδα χρυσόπαττον ἐνημμένος χιτῶνα δὲ ποδήρη φορῶν , καὶ κοθόρνους · κώδωνες δὲ πολλοὶ κατακρέμανται τῆς ἐσθῆτος , ὑποκομποῦντες ἐν τῷ βαδίζειν (ὡς καὶ παρ᾽ ἡμῖν ψόφοις χρῶται περὶ τὰ νῦν τέλεια) καὶ χαλκοδρυτὰς τοῦ θεοῦ τιθήνας προσαγυρεύουσαι · καὶ ὁ δεικνυμενος ἐν τοῖς ἐναντίοις τοῦ μετεώρου θύρσος ἐντετυπωμένος , καὶ τύμπανα . ταῦτα γὰρ οὐδεν δήπουθε ἀλλὰ θεῷ ἢ Διονύσῳ προσήκειν ,, . Scilicet ,, Primum enim hoc arguit Pontifex ,, maximus , qui diebus festis mitratus ingreditur , hin- ,, nuli pellem auro contectam indutus , tunic amquc ta- ,, larem , et coturnos gestans : multa autem tintinna- ,, bula dependent de veste , quae inter ambulandum ,, strepitum edunt(ut et apud nos sonitibus nunc utuntur ,, in sacris) et aeratas Dei nutrices appellant , mon- ,, straturque in adversis sublimis thyrsus expressus . ,, et tympana , quae sane non alii Deo , quam Baccho ,, conveniunt ,, . Tintinnabula item in Sacris Cybelis adhibita constanter fuisse , plura veterum scriptorum ostendunt loca , quibus aeris vocabulo illa plane designantur , atque perhibentur , veluti omnes mutuo mirifice consentiunt docti eruditique viri , inter quos , ut caeteros praeteream , est Thomas Dempsterus in *Paralipomenis ad C.* 4. *l.* 2. *Antiquitatum Roman. Johannis Rosini p.* 100. *Edit. Trajecti ad Rhenum anni* 1701., quemadmodum ipsa illorum antiquorum auctorum praeclarissime pandunt verba . Virgilius enim *Aeneid. l.* 3. *inquit*

. . . . ,, Corybantiaque aera ,, .

Claudianus lib. 1. *de raptu*

,, Non buxus , non aera sonant ,,

Silius Italicus *l. XVII.*

,, Circum arguta cavis tinnitibus aera simul- ,, que

in illis maxime sacrificiis obeundis, quae tum Baccho, tum Cybeli offerebantur.

27. Idipsum praeterea pervetusta eaque probatissima confirmant monumenta. Nam ut de Cybelis cultu, et

„ Certabant rauco resonantia tympana pulsu
„ Semivirique chori „.

Ovidius lib. III. Fastor.

. . . . . „ Ida sonat tinnitibus aeris acuti
„ Tutus ut infanti vagiat ore puer „.

Nec non *l.* 4. Et *lib. V. Fastor.*

„ Aeraque tinnitus aere repulsa dabant „.

Et *Metam. l.* 6.

„ Nocte sonat Rhodope tinnitibus aeris acuti „.

Et *lib.* 14.

„ Cum memor has pinus Idaeo vertice caesas
„ Sancta Deum genitrix, tinnitibus aerea
„ pulsi
„ Aeris, et inflati complevit murmure buxi „.

Statius lib. 1. *Achill.*

. . . . . „ Paulumque exercita pulsu
„ Aera tacent „.

Ausonius Epist. 25.

„ Cymbala dant flictu sonitum, dant pulpita
„ saltu
„ Icta pedum tentis reboant cava tympana
„ tergis,
„ Isiacos agitant Mareotica sistra tumultus,
„ Nec Dodonaei cessat tinnitus ahaeni,
„ In numerum quoties radiis ferientibus ictae,
„ Respondent dociles moderato verbere pel-
„ ves „.

sacris primum loquar, (de iis enim, quae ad Bacchum spectant, suus erit deinde seorsim ac fuse dicendi locus) hujusmodi praesertim est monumentum illud (1) a Dominico De Rubeis, atque

(1) *Gemme antiche figurate date in luce da Domenico De Rossi colle sposizioni di Paolo Alessandro Maffei in Roma* 1709. *To.* 2. *fig.* 38. *Una Gemma rappresentante un sagrifizio alla gran Madre delli Dei cioè à Cibele pp.*82 *et* 83., ubi haec leguntur . „ Il Cembalo attaccato all' albero era fatto ordinariamente di rame : la sua forma era concava , affinchè meglio potesse rendere il suono , e benchè i Cembali fossero due , per battersi insieme , nulladimeno alle volte se ne poneva un solo , che percuotevasi con una mazza di ferro , o di rame , come si vede in alcuni bassirilievi . Adoperavasi nelle funzioni sagre della Gran Madre , detta perciò dà Esichio χαλκόκροτος . Mà perchè il Cembalo intagliato nella nostra Gemma non è portato in mano da sacerdote , o da altro ministro della pompa sagra , anzi stà attaccato all' albero ò di quercia , o di vite , che sia , potrebbe dubitarsi essere piuttosto uno degli antichi tintinnaboli , fatti a foggia d'un bacile concavo , i quali non solamente soleano adoperarsi nelle feste di Cibele come ad uso di Campana (Hadrian. Jun.) , ma ponevansi sulle cime de' templi per convocare i Popoli à Sagrifizj (Schol. Sveton. *in Aug. C.* 9.) ; d' onde , cred'io , passarono ad' altri usi , come ad' essere dati alle guardie destinate à custodire le mura delle Città (Thucid. l. 4. ad fin.) , e portati avanti i carri de' trionfanti *nè triumphator* etc. (Scrive il Monaco Zonara) . Mi sovviene , che questa sorta di tin-

Alexandro Maffeio recensitum, et illustratum. In eodem nanque sacrificium refertur Cybeli nuncupatum, ac ei adjectum conspicitur cymbalum, sive, ut illi eruditi scriptores probabilius coniiciunt, antiquum quoddam tintinnabulum concavi lebetis instar effictum. Et reapse idem neque a Sacerdote, neque ab alio rei sacrae ministro prae manibus circumducitur, ast de arbore, seu quercus sit, seu vitis, pendet. Atqui non modo ipsis templorum fastigiis pro plebe ad sacrificium cogenda, ut Romae praesertim in usu fuisse deinceps (1) ostendam, adjungebantur tintinnabula, sed eadem in Cybelis solemniis celebrandis nolarum instar, ut pulsari possent, veluti prae aliis observat Hadrianus Junius (2), appendebantur. Id siquidem nobis praeclarissime demon-

„ tinnabòli era attaccata alla porta delle Terme, e „ de' Lupanari, ad' effetto d'annunziare l' ora de' ba- „ gni, e delle permesse libidini: Enea Vico stimò, „ che la figura col Tirso fosse di una Baccante, e vi „ scrisse sotto: *Calvus cum porco, cum vino et Mae-* „ *nade aperte indicat illecebras Veneris* „.

(1) Circa finem hujus capitis.

(2) *Animadv. l.* 3. *C.* 11.

strat vetus illud anaglyphum a Boissardo (1) primum, ac deinde a Grutero (2) editum, quo praeter Cybelem tympanum (3) manu sua gerentem, et Aty-

(1) *Antiquit. Romanar. P. 3. seu To. 3. p. 47.*

(2) *Inscription. antiq. totius orbis Rom. To. 1. pag. 27.*

(3) Tympanum à Graeco verbo τύπτω, quod Latine vertitur *verbero*, *percutio*, *pulso*, ac ab Hebraica voce ut animadvertit Vossius in *Etymologicon* Linguae Latinae *Verbo Tympanum*, et a Syra *tup* Jos. Scaliger, velut idem *loc. cit.* innuit Vossius, ita nuncupatum; duplicis erat apud veteres speciei, *leve* scilicet; atque *grave*. *Leve* in ligneo quodam situm erat circulo, qui pelle, vel „ corio siccato et extenso „ ut ait Augustinus *in Comment. in Psalm.* 67., obducebatur. „ Tympanum (inquit Isidorus *Etym. l.* 2. C. 21.) est „ pellis vel corium ligno ex una parte extensum. Est „ enim pars media simphoniae in similitudinem cri„ bri. Tympanum autem dictum, quod medium est. „ Unde et margaritum medium tympanum dicitur, „ et ipsum ut symphonia ad virgulam percutitur „ seu etiam aliquando manu impellebatur. Unde margaritarum quoddam genus tympanium Plinius appellabat. „ Margaritae (inquit *Hist. nat. l.* 9. *C.* 35.) „ quibus una (vel potius *ima*, ut legit Lipsius de *mil. Rom. l.* 4. *dial.* 10.) „ tantum est facies, et „ ab ea rotunditas, aversis planities, ubi tympania „ nominantur „. Nam ex utraque parte pellibus tympana obtegebantur, idque idem luculenter innuit Isidorus *loc. cit.* subiiciens „ Symphonium (in„ quit) vulgo appellatur lignum cavum ex utraque par„ te pelle extensa, quam virgulis hinc et inde Mu„ sici feriunt „. Quorum alterutrum *dimidiatum*, al-

dem aliud tympanum manibus elevan-

„ terutrum *plenum* appellat *loc. cit. pag.* 124. Lipsius. Ex aere quoque tympana conflabantur, veluti praeter Virgilium *Aeneid. lib.* 3., Ovidium *Fastor. lib.* 3. *et* 5., Claudianum de *raptu Proserp. lib.* 1., Silium Italicum *Carm. l.* 17., et permultos alios vetera ostendunt monumenta tum à Blanchinio in *cit. Dissert. C.* 3. exhibita, tum a nobis sequentibus §§. afferenda, haecque tympana ea sunt, quae *gravia* dicebantur, et a *levibus* esse probe distinguenda Pignorio de *Servis pp.* 172. *et* 173., atque Sponio in *Miscellaneis eruditae antiquitatis Sect.* 1. *art.* 7. *p.* 23. inhaerens idem recte observat *cit.* §. 6. *p.* 47. Blanchinius. Quae tamen postrema videlicet *levia* ex Ovidio *Metamorph. l.* 4., Catullo de *Aty*, Svetonio in *Augusto*, S. Augustino de *sanctit.*, et Isidoro *Orig. l.* 3. *C.* 21. Pignorius *loc. cit.* recte infert existere, ipsam quoque huiusmodi levium tympanorum imaginem et recensionem afferens his verbis. „ Porro forma tympani (ait) haec fuit, „ quam exhibemus, prima facie cribrum referens, ut „ non immerito legamus in judicio coci, et pistoris
„Tympana habet Cybele: sunt et mihi tympana cribri„. Id enim instrumentum (nimirum tympanum, quemadmodum inquit Gorius in *Thes. gemm. astr. Vol.* 2. *p.* 48.) „ ex una parte quidem, qua corium ob„ ducebatur, planum erat; ex alia vero, qua in „ modum cortinae prominebat, rotundum „. Utraque huiusmodi tympana recensuit Salomon Vantil in opere inscripto *Cantus Poeseos nec non sonandi facultas tum veterum tum praesertim Hebraeorum ex tenebris antiquitatum novae luci proposita P.* 1. *C.* 6. *p.* 274. *apud Ugolinum Vol.* 32. *p.* 274. „ Tympana „ temporibus illis (inquit) fiebant alia majora, „ alia minora, minora altera in forma vasis oblon„ gi superius et inferius pelle contecta vitulina, in

tem, in medio, ac praesertim prope

,, ipso corpore fecere aliquod parvum foramen pro re-
,, cipiendo aere, supra pellem inferiorem intensa est
,, chorda, repercutiendo fortiora excitans murmura :
,, quae vero prioribus erant minora, vocabantur ma-
,, nualia, horum circumferentiae campanulae, vel an-
,, nuli sunt affixi atque a solis virginibus, unius
,, tantum manus palma fuerant pulsata, cum e con-
,, tra praedicta duobus ligneis flagellis intonari sole-
,, bant ,, . Tympana etiam confecta ex pelle tum ovilla tum lupina memorat Ger. Joh. Vossius *de orig. et progr. Idolol. l.* 3. *C.* 77. *To.* 2. *p.* 1149., atque prima inter illa ex lupina pelle prope obmutescere subiicit. ,, Nam quia lupi (velut ait) durior est pel-
,, lis, eo lupinae chordae diutius durant : tympana-
,, que ea ex pelle confecta sonum edunt longe clario-
,, rem. Quod et monitum eruditissimo Gesnero ,, . Si quis tamen tum de majoribus seu gravibus, tum de minoribus seu levibus plura desideret, praeter alios complures adeat Lipsium *Milit, Rom. l.* 4. *dial.* 10., Salmuth. *ad Panciol. de rebus deperdit. et inv. p.* 603. Dempsterum in *Notis* ad Rosin. *Antiq. Roman. l.* 2. *C.* 4. *p.* 100., Begerum *Thesaur. Brandeburg. T.* 3. *pp.* 244. 245., *et* 401., Franciscum Blanchinium in *dissert. de tribus generibus instrum. Music, veter. C.* 3. §. 6. *pp.* 47. *et* 48., Pitiscum in *Lexicon Antiquit. Roman. To.* 2. *V. Tympanum*, Pignorium *de servis p.* 168., Cantelum in *Not. ad Justinum Histor. l.* 41. *C.* 3. *Nota* 5. *pag.* 301. *Edit. Paris, an.* 1677., Bonarrotium *Osservaz. istor. sopra alcuni Medagl. ant. pagg.* 436. *et* 437., Maffejum *Gemme antiche figurate ec. Part.* 3. *pagg.* 83. *et* 84., Joannem Pierium Valerianum *Hieroglyphic. l.* 47. *cap.* 22., Carolum Du Fresne Dominum Du Cange *in Glossario ad Scriptor. mediae et infimae Latinit. To.* 6. *in Art. Tympanum n.* 1. *et* 2., Fogginium in *Museo Capitolino T.* 4.

hunc (1) arbor pinus conspicitur, ex cujus ramis duo hinc inde pendent tintinnabula, quae a Boissardo, et a Grutero praetermissa ex prototypo marmoreo in aedibus olim Cardinalis de Maximis ad quatuor Fontes existente nobis exhibuit Vir cl. Franciscus Blanchinius (2), indeque Montfauconus (3), Causeus (4),

in Explicat. Tab. 47. *Ed. Lat. pp.* 225. *et* 226. *Edit. Italicae p.* 250. aereo quoque allato schemate, Sponium *loc. cit. p.* 21., Sopranis in *Comment. in Davidem pp.* 80. *et* 81. *ad l.* 1. *Reg. C.* 18. *vv.* 6. *et* 7., Gerbert *de Cantu et Mus. sacra l.* 3. *c.* 3. §. 10. *T.* 2.

(1) Arborem pinum ad mysteria, et sacra Deae Cybelis antiquitus pertinuisse probant tum Virgilius *Aeneid. l.* 9., tum Statius in *Theb.*, tum Arnobius *contra Gentes l.* 5., tum Gruterus *antiqu. Inscript. pag. XVII.*, tum Jacobus Sponius in *Miscellan. eruditae antiquitatis sect.* 9. *Tab.* 8., tum Vossius *de orig. et progr. Idol. l.* 2. *c.* 53. *p.* 604., tum Gorius in *Inscr. ant. Don. notis illustr. in Prooem. p. XCVII.* Quamobrem haec Dea pini strobilum seu nucem manu gestans quandoque depingitur.

(2) *In Dissertat. de tribus generibus instrument. Musicae veterum organicae cap.* 3. §. 2. *pag.* 44. *Tab.* 7. *Fig.* 2., ubi tamen nihil aliud nisi arboris ramus, ac duplex inde pendens tintinnabulum exprimitur.

(3) *Supplement au livre de l' antiquité expliquée tab.* 78. *Fig.* 2., ac de eo loquitur *l.* 8. C, 6. *n.* 2.

(4) *In Museo Rom. Edit. Rom. an.* 1746. *sec.* 4. *tab.* 7. *n.* 2.

et Fogginius (1). Quamobrem ego hunc usum innuere, atque perhibere voluisse plane, ac merito ducam alia duo illa tintinnabula ex malogranatis ab arboris ramo undique prodeuntibus ex utraque parte pendentia, cui pro basi est ligneum, idemque recens, candelabrum, et cujus imago ex Musaeo Kircheriano nostrae universitatis Graegorianae hausta, et aere insculpta hoc in loco (2) primum a nobis subjicitur.

28. Bacchi vero cultus suo quasi proprio jure ita sibi vindicabat tintinnabula, ut sine iisdem is iniri non posse videretur, eaque tum in Bacchantium manibus, ita ut ab usu tintinnabuli Bacchantem mulierem a Morrheo interfectam Κωδώνην i. e. *Codonam* merito appellaverit Nonnus Pannopolita (3), tum instrumentis ad illum celebrandum pulsari solitis, tum ipsis sacrorum illius Dei ministrorum vestibus adjecta intuebantur: Siquidem „ ministri Bacchi (ve-

(1) *In Mus. Cap. To.* 4. *Edit. Lat. p.* 233., ac *Edit. Ital. p.* 257.

(2) *Fig.* 2.

(3) *In Dionysiac. lib.* 30. *V.* 213.

„ luti animadvertit Gorius(1)) interdum „ triplici ordine parva tintinnabula ve- „ stibus circa pectus, et humeros alli- „ gata gerebant, ut ita Bacchico furo- „ re perciti magnum edentes tinnitum, „ et strepitum discurrerent, et foemi- „ narum ululatus ob nefanda scelera, „ quae fiebant, occulerent, neque au- „ diri voces quiritantium permitterent „. Non aliter sane indutus erat Bacchicus ille minister in orgiis eadem ratione bacchans, cuius imaginem ex veteri autographo tunc in villa Sacchettia ad vallem, ut appellant, Inferni, nunc autem existenti, veluti perhibet cl. Ennius Quirinus Vicecomes (2), in Museo Pio-Clementino expressit, et vulgavit Fabrettus (3) ex ea tintinabulorum in bacchanalibus merito colligens usum, indeque Montfauconus (4). Ea nanque ornata seu praecincta conspicitur ante pectus ternis totidem tintinnabulorum

(1) *In Mus. Flor. To.* 1. *pp.* 164. *et* 165.

(2) *Loco citando To.* 4. *p.* 45. *Adnot. d.*

(3) *Inscription. ant. C.* 6. *p.* 428. *et* 429. *Ed. Rom. an.* 1702.

(4) *Loc. cit.*

sibimetipsis per vices succedentium, atque apte distributorum ordinibus, ut eadem vel in iisdem Bacchanalibus, vel sacrificii tempore sonarent. Cui cum, eodem observante, atque perhibente Fabretto (1), similes plane sint illae aliae Bacchicorum ministrorum, seu etiam Bacchantium imagines, quae inter Faunos, Satyros, ac Silenum „ insanum illud Bacchi Satellitium „ veluti ait Fabrettus, in duobus Sarcophagis orgia Bacchi exhibentibus, quorum alter in Museo Reginae Svecorum, alter in hortis Farnesiorum Transtyberim servabatur, repraesentantur, perinde ac illae duae (2) ex veteri Capitolii Anaglypho, in quo Bacchi praesefertur triumphus, haustae, atque à Canonico Nicolao Fogginio vulgatae, in quibus (3), ut caeteras ad

(1) *Loc. cit. p.* 429.

(2) *In Mus. Capitol. To.* 4. *tab.* 49. *Ed. Lat. p.* 231. *et seqq.*, *ac Ed. Ital. p.* 255. *et seqq.*

(3) In hoc eodem recensendo anaglypho non satis accurate se gessisse videntur Auctores *Enciclopedie metodique. Antiquites. To.* 2. *Art. Clochettes p.* 90. *Edit. Patav.*, qui unam duntaxat memorant Bacchantis imaginem pluribus vesti suae ante ac a tergo adjectis tintinnabulis ornatam; nisi forsitam aliud ab exposito

rem nostram minime pertinentes ego praeteream ibidem insculptas imagines, exprimitur vir barbatus, saltans, facie, vestituque pastor, qui ob excitandum in ipsa saltatione strepitum collo, cinguloque suspensa, non secus ac in extremo anaglypho puer item saltans, sex in duos ordines divisa tintinnabula gerit, constans illa tintinnabulorum in cultu Bacchico usus inde infertur consuetudo.

29. Nec aliter profecto conspicitur in veteri quodam (1) Musei Vaticani anaglypho. In eodem siquidem, in quo Bacchanale repraesentatur Bacchi mysteriis undique refertum, inter alias Bacchicas imagines quidam adest rusticus senex duos Bacchicos serpentes quatuor postremis dexterae manus digitis constrictos tenens, cuius tunica terno

plane diversum subiici ab iis voluisse anaglyphum dicatur; quod tamen neque Bottarius, neque Fogginius in singulis Capitolini Musei pandendis, atque illustrandis monumentis diligentissime versati minime praeteriissent,

(1) Extat in Museo Pio-Clementino, ac ejus imago aere impressa cernitur *To.* 4. ejusdem *Musei Tab.* 20., atque a Cl. Ennio Quirino Viceoomite explicatur, et illustratur *ibid. p.* 44. *et seqq.*

sex tintinnabulorum per totidem duorum apte distributorum vices ordine circa pectus praecingitur.

30. In pervetusto item Etrusco vasi, quemadmodum eius imaginem aere impressam Passerius (1) afferens, ac (2) interpretans narrat „ Sedet in „ conspectu coetus universi (ait (3)) „ antistita magnifica veste, ac stola „ stellifera decorata, et excipit advenientem turbam faunorum. Ex illorum humero pendet linea frequentium tintinnabulorum, ut, in quocumque negotio occupati essent, sonitum cierent, quod solemnissimum „ habebatur in clamorosis hisce ritibus „ nimirum Bacchicis.

31. In alio praeterea marmoreo eiusdem Musei (4) anaglypho cernitur trapezophorus alicui certe mensae suffulciendae more veterum olim inserviens, cuiusmodi pluribus monumentis hunc

(1) *Picturae Etruscorum in Vasculis Vol.3.Tab.*213.

(2) *Cit. Vol.* 3. *p.* 11.

(3) *Ibidem*.

(4) Extat in eodem *Museo Tom.* 5. *Tab.* 10., ac explicatur *ibid. p.* 18. *et seqq.*

eumdem eius usum ostendit Cl. Vicecomes (1), in cuius dimidia parte est vas seu crater cum duobus faunis utrinque stantibus quidem, sed corpore suo, à medio scilicet, ac praesertim capite adeo incurvatis, et expressis, ut videantur de racemis e viti superius in longum extensa (intra quam et vas duo magni adsunt thyrsi mutuo secum transverse instar X positi) pendentibus uvas vel divellere, vel, sicut idem censet Vicecomes (2), comprimere, indeque trahere liquorem, eumque avide olfacere, prope quos in angulis sedent, tergis erga eos versis, ac alis adapertis, duo gryphi sedentes, et capitibus suis coronae trapezophori extremitates quasi sustinentes; supra quorum humeros duo ex utraque parte prope hanc eamdem coronam ipsi planae trapezophori superficiei, nullo tamen exterius apparenti clavi seu manubrii alicuius immissionis signo, una simul affixa, parvo quodam invicem interiecto spatio funiculi

(1) *Ibid. p.* 20.
(2) *Ibid. p.* 19.

praesidio conjuncta pendent tintinnabula. Quod porro anaglyphum ad Bacchum pertinuisse idem putat Vicecomes (1), et omnia in eo expressa Bacchica symbola reapse ostendunt, cuiusmodi sunt (2) Vitis, (3) thyr-

(1) *Ibid. pp.* 19. *et* 20.

(2) Vitem, ejusque folia, et fructus peculiari Bacchi, tamquam primi, ut fingebatur, vineae satoris, ac Dei, ut ab Ethnicis colebatur; vini, symbolum fuisse ubique ita mythologia, et gentilis theologia, vetusque historia tradit, ut hoc in loco peculiari non indigeat probatione: Qua de re prae aliis consuli poterit Passerius cit. Vol. 3. in *Tract. prael. inscripto Bacchi secreta mysteria etc.* §. 2. *p. XV.*, *et* §. 3. *p. XVII. et seqq.*

(3) Thyrsus erat acuta quaedam hasta seu virga tum hedera, tum pampinis et uvis circumdata cum nuce pinea in eius capite: Haec quidem postrema duobus illis monumento, de quo res est, insculptis thyrsis inest, sed iidem nihilo plane alio quam duabus amplis prope caput conteguntur concinne collocatis atque pendentibus fasciis, quarum extremitates parvis ornantur vittis, non secus ac, ut *loco cit. p.* 19. observat Vicecomes, tum alii plures veteres thyrsi; tum ille praesertim exornabatur, qui a Nysarum Colosso manu sua in Ptolemaica pompa tenebatur, et ab Athenaeo *lib.* 5. *C.* 8. memoratur. Huiusmodi fascias, earum figuris, et proportionibus quantumvis adversantibus, totidem esse utres perperam autumat Winckelmannus in opere inscripto *Description du cabinet de Stosch Class.* 2. *n.* 145. Quamobrem praeter Aloysium Bosium Vol. 1. operis, cui titulus *Spiegazione*

si, (1) fauni, et (2) gryphi; ac illorum, proinde usum in huius Dei cultu ineundo novo confirmant monumento.

d'una raccolta di gemme cap. 2. p. 73. ab eodem refellitur Viccomite ibid. Thyrsum tanquam ipsius Bacchi sceptrum, et in manibus eius Sacerdotum, ac Bacchantium omnium teneri solitum, perinde ac Bacchicum symbolum ab antiquis ethnicis haberi, et repraesentari constanter consuevisse vetera plurima ostendunt monumenta.

(1) Fauni, quos ita revera esse duos illos in eo, de quo res est, marmore insculptos censet loco cit. p. 51. Cl. Vicecomes, tanquam totidem Bacchi, ac eius praesertim mensae ministri ab antiquis monumentis representari saepe consueverunt. Id porro ab eodem Vicecomite ibid. ostenditur tum Bacchi Indici exemplo a Diodoro lib. 3. C. 63. et l. 4. C. 5. recensito, tum Tab. 8. T. 3. Picturarum Herculanensium, tum demum Tab. 25. To. 4. eiusdem Musei Pii Clementini, ubi vetus marmoreum visitur quadratum anaglyphum, in cuius prima fronte refertur Bacchus, ut ab eo interpretatur, barbatus, idemque coronatus, et amplo quodam pallio involutus in convivali mox cubandus lecto, ac Bellorium reprehendit, qui in Admiranda Rom. Antiq. n. 41. in hoc eodem explicando monumento eum, qui Bacchus est, Trimalchionem appellat, ac negligit animadvertere mensae ministros esse Faunos.

(2) Gryphi seu gryphes, quoniam nunquam extiterunt, sed animalia sunt à fabulis excogitata, diverse ab auctoribus recensentur. Horum porro variis praetermissis opinionibus, eadem dici possunt animalia pennata, et quadrupedia omni ex parte leones,

32. Bacchantis quoque, cuius alteri, dexterae nempe humerorum, et

alis duntaxat, et capite seu vulturi, seu aquilae similia. Et reapse gryphus a sacra ipsa Scriptura, ut verunt LXX. Interpretes, S. Hieronymus, et Vulgata, *v.* 13. *C.* 11. *Levitici*, *et v.* 12. *C.* 14. *Deuteronomii* memoratus communiter accipitur pro ingenti quadam aquila, *Ossifraga* dici solita, maxime, cum quaedam aquilarum species sit, quae ob maximam rostri, et unguium suarum curvitatem tum ab aliis tum praesertim ab Aristophane in *Ranis* γρυπάϊετος i. e. *griphaquila* dicebatur, et a Beniamino in *Itinerario* memoratur his verbis, scilicet ,, Magnae Aquilae gryphes ,, dictae ,, . Gryphus nanque Graece γρυψ dicitur a γυρὸς Latine *curvus*. Haec igitur animalia, qualibet tandem esse fingantur, veluti Baccho etiam sacra olim ab Ethnicis putabantur, ac in eo, eiusque symbolis et Bacchanalibus repraesentandis persaepe adjungebantur, ut clare, manifesteque patet tum ex Sidonio *Carm.* 22. *v.* 64. *et seqq.*, qui currum Apollinis et Bacchi a gryphis tractum recenset, tum, veluti observant Bonarrotius in *Osservaz. sopra alcuni Medagl. antichi p.* 429., et Vicecomes *loco cit. p.* 19., ex veteribus monumentis, gemmis videlicet, numismatibus, ac anaglyphis. Et revera ,, duo gryphes (sicut idem perhibet Bonarrotius *ibid. Adn. margin* (d)) ,, spe- ,, ctantur in antiqua basi apud Ciampini circa cantharum et uvarum racemos ,, : itemque, ut fidem facit Vicecomes *loco cit. p.* 20., in antiquis zophoris inter eos est Bacchi cantharus seu crater; iidemque conspiciuntur et in numismatibus Teos civitatis Jonicae, quae Bacchi patria jactabatur, ut videre est apud Pellerin, et in *Cathalogo Hunteriano* Combe, gryphus non modo crebro insculptus, sed cum caeteris Dionysiacis conjunctus visitur symbolis; ac in antiquissima

colli, parti utris imposita cernitur, manu praeferentis quinque tintinnabula in-

vasis fictilis pictura, quae refertur a Thischbeino in *Recueil des gravures* Bacchus Androgynus currum ducit à panthera et grypho tractum. Item in Achataeo cratere Gallici Musaei a Montfaucono *Ant. Expl. To.* 1. P. 2. *tab.* 167. aere impresso, ac a Tristano *Hist. des empereurs To.* 2. *pp.* 620. *et seqq.* diligenter explicato mensam instrumentis bacchanalium refertam gryphi exornant. Atque, ut alia plurima id genus monumenta brevitatis caussa reticeam, in pervetusto demum Etrusco vasi, quod affert Passerius *cit. Vol.* 3. *Tab.* 273., duo adsunt gryphi trahentes, ac evehentes currum, ubi sedet Baccha. Baccho autem ideo tribuebantur gryphi, vel quod iidem vini crederentur admodum cupidi, cuiusmodi sunt animalia omnia ei à fabulis attributa; vel quod iisdem designari, et celebrari spectarentur victoriae ab eo in orientalibus regionibus relatae; vel quod à veteribus ethnicis illi iis tribuerentur Diis, quorum cultus ab hyperboreis seu septentrionalibus plagis in Graeciam devenerat, in quibus, ac in Thracia praesertim antiquissimi erant quoad Graeciam Bacchici ritus; vel etiam quod, ut nonnullis videtur, Bacchus haberetur tanquam symbolum solis, cui huiusmodi chimericae belluae fingebantur sacrae, ac maxime in India, ubi, ut narrat Philostratus *in Vita Apoll. l.* 30. *C.* 14, tum cum sol pingi vellet, repraesentabatur eius currus sive quadriga à gryphis tracta. Etenim „ constat (veluti ait Servius *in Comment. in eclog.* 8. *v.* 18. *Virg.*) secundum „ Porphyrii librum, quem Solem appellavit, triplicem „ esse Apollinis potestatem: et eumdem esse Solem „ apud superos, Liberum patrem in terris, Apollinem „ apud inferos „. Quamobrem Bonarrotius *loc. cit. pp.* 138. *et* 139. admodum verosimile putat, Graecos

star crepitaculorum, quae rotunda erant, efficta, et undique, ut videntur, conclusa, nisi tamen eadem forent, quod inde non apparet, aliqua ex parte foraminis praesidio, ut in similibus instrumentis fieri plerumque solet, aperta, totidem funiculorum ope annulo alligata, indeque pendentia, quae instar ferulae percussa, et agitata reddebant sonum huiusmodi Baccantis, inquam, effigiem ex antiquo monumento haustam, ac aere impressam nobis prodidit Pe-

accepisse huiusmodi symbolum, nimirum gryphum una cum Apollinis idololatria ab Orientalibus populis, apud quos ex recentioribus relationibus suo adhuc tempore solis cultum perdurare idem adiicit *ibid. p.* 139. Bonarrotius. Fabulam autem gryphorum ortus in Indiis hic idem inde natam autumat *ibid. p.* 140., quod Indicis cuiuslibet speciei pannis haec una cum aliis pluribus monstris ubique intexta intuerentur animalia, quae vel insculpta etiam, vel depicta esse addit in zophoris fascias opere Phrygio distinctas repraesentantibus, ac antiquitus inde venire solitis. Ab Aegyptiis eamdem fabulam quoque proficisci potuisse idem *pp.* 141. *et* 142, adiicit Bonarrotius. Quippe qui apud eos ,, veluti ex tabula Bembina deducit, huiusmodi aderant gryphi, quos fuisse putat ipsas eorum sfinges personatas cum facie, ac alis vulturis; unde Isidorus unum cum alio confundens ait ,, Sfinges, quas nos gryphos ,, dicimus ,,.

trus Sanctius Bartolius (1) quam suis observationibus illustravit Petrus Bellorius (2), et quam Bonannus (3) aliter, ac par est, recensuit, dum loco annuli asserit, ut ipse ait, *Cymbalum*, non quidem a sinistra, ut revera est, sed a dextera manu pendens, atque interpretavit, dum agricolam potius, quem Bacchantem esse juvenem illum ibi repraesentatum censet.

(1) *Le antiche lucerne sepolcrali figurate con le osservazioni di Gio. Pietro Bellori. In Roma* 1729. *P.* 2. *fig.* 23.

(2) *Ibid. Observ. P.* 2. *n.* 23. *p.* 10.

(3) „ Pietro Bartoli (inquit Bonanni in opere inscripto *Gabinetto armonico n.* 142. *p.* 173.) „ ne rappresenta la figura cavata da una lucerna antica, in „ cui rappresentasi un giovane nudo con un Otre di „ vino in spalla, e nella destra il detto stromento (i. e. *tympanum* quod per errorem appellat *cymbalum*) „ che allude all' antico costume di radunarsi in un „ prato gli Agricoltori, e messi in mezzo varj otri „ pieni di vino, ed unti al di fuori con olio vi sal„ tavano sopra à suono di questo Cembalo, venendo „ derisi dai circostanti quei, che nel saltarvi sopra „ cadevano, e riportando l' otre in premio quei, che „ con destrezza danzando vi si reggevano. Cosi

„ Virgilio al l. 2. della Georgica

„ Proemiaque ingentes pagos, et compita „ circum
„ Theseide posuere, atque inter pocula laeti
„ Mollibus in pratis unctos saliere per utres „.

33. Ita demum proprie ad Bacchi cultum, ac ad eos omnes, qui eidem erant quodammodo addicti, tintinnabulorum pertinebat usus, ut ipsis sepulcris illorum, qui ejusdem mysteriis fuerant initiati, tum cum (1) Baccha-

(1) Eorum non modo, qui viventes Bacchi sacris fuerant initiati, omnium illorum instar, qui variis, occultisque Deorum arcanis, et sacris inaugurati eorumdem memorias tanquam sepulcrorum suorum ornamenta post mortem servabant, sed et aliorum sepulcris, veluti luculenter ostendunt, ut caetera complura id genus reticeam, monumenta tum à Gorio *Inscript. antiqu. Graec*, *et Rom. P.* 3. *seu Vol.* 3. *Tab.* 27. 28. *et* 29. *à p. CIX. ad. CXVI.*, et in *Inscript. ant. Donianis in Praefat. Tab.* 5. *n.* 5., *et pag. LIII.*, tum a Cl. Viro Philippo Aurelio Vicecomite in *Museo Chiaramonti To.* 1. *Tab.* 34. *pp.* 81. *et seqq.* collecta et explicata, quin et funebribus ipsis gemmis, quarum nonnullas idem Gorius in *Thesaur. gemmar. antiquar. astrifer. Vol.* 2. *in Prolegom. pp.* 24. 25. *et* 26. pandidit, ac vel Caesareis tumulis fuisse dedicatas, et vel urnis, vel operculi loco superpositas conjecit, Bacchi mysteria, symbola, orgia, et bacchanalia etiam ipsa frequenter à veteribus ethnicis insculpi pluribus de caussis, quas eruditi recensent, consuevit. „ Nam haec Bacchica „ mysteria (veluti ait Gorius in *cit. Proleg. p.* 24.) .... „ ad animarum expiationem maxime conferre putaban- „ tur„: Atque„ Bacchanalia(*in Inscript. Don. loc. cit.*)... „ Elysiorum laetitiam et voluptates repraesentant „. . Defuncti etiam non solum sacris illis initiati à caeteris defunctis non initiatis sic distingui sperabant, sed praesertim „ ea fuit antiquorum (sicut idem adiicit

nalia, vel Bacchi triumphus in iis non repraesentaretur, tintinnabula perinde

Gorius in *Inscript. ant. cit. pp. CVIII. et CIX.*) „ stul„ ta quidem, ac superstitionis plena opinio, sacris „ Deorum mysteriis magnae Deum Matris, Cereris, „ et Liberi Patris initiatos homines, qui, dum vi„ verent, his sacris se à culpis expiarunt, post mor„ tem fore optatae beatitudinis compotes, et à cru„ ciatibus, ac suppliciis in orco subeundis esse „ omnino immunes; de qua opinione in *Tomo II.* mei „ *Musei Etrusci*, atque etiam in *Tomo III.* complura „ attuli documenta (atque affert Passerius *Pict. Etrusc.* „ *Vol.* 3. *pp.* 51. 59. *et* 64.). Frequenter igitur in „ sepulcris Bacchi orgia exhibentur „. „ Quin etiam (ut subiicit *ibid.*) Bacchum inferos adiisse (atque inde, quemadmodum narrat Hyginus *Fab.* 251., ac veteri monumento innixus probat Chompre in *Dictionn. portat. de la fable To* 1. *Art. Bacchus To.* 1. *p.* 175. *Edit. Paris. an.* 1801. „ Semelem matrem traxisse, ut ad coelos duceret) „ et complures defunctorum animas evo„ casse, et in pristinam vitam adduxisse traditum est: „ quod apud antiquos Scriptores, praecipue vero apud „ Diodorum Siculum me legere aliquando memini „. Quamobrem saepe Bacchico habitu, ac specie animae defuuctorum in coelum deductae in funebribus illis, quarum nonnullas in *Thes. ant. gemm. astrif. Vol.* 2. *in Proleg. pp.* 24. 25. *et* 26. Gorius illustrat, gemmis expressae referuntur. Bacchus etiam tanquam variarum artium, ac praesertim theatralium spectaculorum, conviviorum, et saltationum inventor, ac praeses, nec non tanquam laetitiae Deus respiciebatur; atque ideo prosperitatem, et laetitiam defunctis post mortem is polliceri credebatur. Idem nonnisi post obitum suum, ut legitur apud Hyginum *Fab.* 224., inter Deos est adnumeratus. Ac Lyaeus etiam appellabatur, quod homines curis libe-

ac totidem Bacchi signa, et attributa caeteris ejusdem etiam speciei signis, et attributis adjecta insculperentur. Hujusmodi profecto est illius pueri septem annorum, et duorum mensium tribus annis in Bacchi Orgiis celebrandis versati, et cui nomen erat Herophilus, sepulcrum, cujus Graecae inscriptionis in marmore incisae, quam refert Fabrettus (1), Capiti, ac praesertim lateri, seu angulo ejus dextero tanquam primarium sacrorum Bacchi Symbolum,

rare fingebatur. Atque idcirco eius vel imago, vel symbola, vel festa cum mortis tranqnillitate conveniebant. Adiicitur etiam ita innui voluisse, defunctos Bacchi exemplo laeta et voluptuosa, quam usque ad mortem egerant, vita contentos communi tandem caeterorum sorti cedere, non secus ac convivae, qui saturati ab opulenta, et conquisitissimis cibis extructa discedunt mensa. Qua de re ipsa etiam Bacchica convivia, ut antiquum prae aliis pandit anaglyphum in Museo *Pio-Clementino* existens, et a praeclarissimo viro Ennio Quirino Vicecomite in eiusdem Musei illustratione *To.* 4. *Tab.* 25. *pagg.* 51., *et seqq.* interpretatum, sepulcralibus suis monumentis insculpere soliti fuerunt Ethnici. Illis siquidem bonorum praemia et beatitudinem in altera vita significare spectaverunt. Quam porro consuetudinem acriter graviterque merito reprehendit Plato *Polit. lib.* 2.

(1) *Loc. cit. pag.* 425.

quemadmodum recte idem (1) explicat et probat Fabrettus, inest tintinnabulum, sinistrorsum a clava, inferius autem in dextero latere ab humana quadam specie, seu larva scenica, et ab ornato quodam lituo seu pastorali pede ibidem in sinistro sequutum.

34. In more autem apud veteres Ethnicos fuisse instrumenta quoque honorando, et colendo Baccho inservientia tintinnabulis, ut magis magisque obstreperent, exornare, plura item antiqua ostendunt monumenta. In fragmento siquidem lateritio hic in Urbe prope thermas Diocletiani effosso, ac per Bartolium (2), atque Bellorium (3) vulgato, et illustrato, quod ipse quoque deinde recensuit Begerus (4), Bacchans conspicitur tympanum a nostris, seu etiam a tympanis (5) veterum Vascita-

(1) *Ibidem pagg.* 428. *et* 429.

(2) *Ibidem*.

(3) *Ibidem*.

(4) *Thes. Brandeb. Vol.* 3. *pp.* 244., *et* 245. sub titulo *Baccha cum tympano*.

(5) De tympanis Vascitanorum, ipsa etiam aere impressa eorumdem allata effigie *Tab.* 46., et 47., loquitur Jacobus Sponius in *Miscellaneis eruditae anti-*

norum per puellas saltantes manu gestari, et pulsari solitis, quibus tamen tintinnabula inerant, non dissimile, cui expressa in medio inest tigris imago, ab inferiori ejus parte manu sua elevatum tenens, cujus orbem, seu limbum foraminibus pervium sex superius intrinsecus, et (1) quatuor infra exterius minima tintinnabula, vel potius crepitacula, vel sonacula circumeunt appensa, quae simul cum tympano concussa valde argutum et ipsa edebant sonum.

35. Aerea etiam crepitacula instar totidem globulorum constructa undique circumdabant tympanum illud, quod sinistra manu tenens, ac dexterae, quae, ut vehementius idem resonaret, tota extendebatur, aptoque motu vibrabatur,

quitatis sect. 1. *art.* 7. *cit. Tab.* 46., *et* 47. *pag.* 23. *col.* 1. *et* 2. ,, Non dissimilia autem fuerunt a nostris ,, tympanis, quae vocamus *Tambours de Basques*, in ,, quibus tintinnabula, ut in priori figura, observare ,, est ,,. Puellae autem saltantes, veluti ex citatis apparet schematibus, erant illae, quae manu gerebant, et pulsabant huiusmodi tympana.

(1) In illa huius tympani imagine apud Begerum expressa duo tantum tintinnabula extrinsecus in inferiori eius parte sunt.

summis digitis jam jam pulsare parata Thias seu Baccha nudo genu, passis crinibus, caput quatiens, aut in coelum conversum tenens, eademque saltans et bacchans repraesentatur in antiquo marmore utraque parte opere anaglyptico exculpto, ac olim Romae in Museo Victorio existenti, cui effigiem inde petitam Gorius illustratam (1) vulgavit (2).

36. Sic etiam huiusmodi crepitaculis undique vallatum alterum ex duobus cymbalis sinistra manu retentum ab alia Baccha saltanti in altera eiusdem marmorei disci parte refertur ab alio item cymbalo dextera ejus manu concutiendum, cuius similiter imaginem idem in lucem edidit (3), et explicavit (4) Gorius.

37. Qua occasione silentio praeteriri hoc in loco non debet vetus illud

(1) In opere, cui titulus *Jo. Baptistae Donii Inscriptiones antiquae nunc primum editae, notisque illustratae &c. ab Ant. Francisco Gorio cum observationibus. Florentiae an.* 1731. *in Proemio pp. XCVI. et XCVII.*

(2) *In cit. Proemii fronte pp. XXXV.*

(3) *Ibidem.*

(4) *Ibid. cit. pag.* XCVII.

Urbis anaglyphum a Blanchinio (1) memoratum, quo faunus repraesentatur ex bacillo appensum tympanum cum crepitaculis in sacris Bacchi gerens; perinde ac illud aliud tympanum, quod ex veteri, veluti profitetur, monumento haustum Montfauconus (2) affert, et (3) exponit, Vasconumque tympanis assimilat, et haud raro in Bacchicis coetibus observari adiicit, funiculo a superiori ejus limbi, seu marginis parte interius ducto affixum cum transverso bacillo per ejus centri cavitatem inserto, et ubi ex inferiori ejusdem limbi extremitate quinque pendent exterius rotunda crepitacula; nec non vetus illud tympanum, cujus imaginem aere impressam Blanchinius (4) repraesentat, et (5) illustrat, ac *disci Crotalophori* seu *Cymbali crotaligeri* nuncupatione (6) non

(1) *Loc. cit. c.* 3. §. 4. *p.* 46.
(2) *Loc. cit. Tab.* 78. *Fig.* 3.
(3) *Loc. cit. c.* 6. §. 3.
(4) *Loc. cit. Tab.* 8. *Fig.* 17.
(5) *Loc. cit. c.* 3. §. 17. *p.* 58.
(6) *Tum cit. in loco, tum* §. 15. perinde ac Athanasius Kircherus in *Libro Philologico de sono artificioso sive Musica &c. C.* 4. §. 2. *n.* 1. apud Ugolinum

satis recte appellat, concavum videlicet vas lancis, aut disci forma configura-

Thesauri vol. 32. *Col.* 365., Calmetus in *Dissert. in Musica instrum. Hebraeorum Commentar in sacr. Script. T.* 4. *p.* 74. *Ed. Lucen. an.* 1732, *et in Dict. histor. critic. sacrae Script. Art. Tympanum To.* 2. *p.* 190. *Ed. Venetae anni* 1747., Antonius Augustinus in *Dialogis*, pluresque alii huiusmodi, quos merito idcirco refellit Fridericus Adolphus Lampe in *Dissert. de Cymbalis veterum l.* 1. *C.* 22. apud eumdem Ugolinum *cit. Vol.* 32. *col.* 943., tympanum cum cymbalo confundit. Sed perperam. Quandoquidem cymbala, quemadmodum veterum sive scriptorum, sive monumentorum auctoritate, ipsis etiam aere impressis allatis schematibus, omnes concorditer pandunt Eruditi, cuiusmodi praesertim sunt, ut caeteros fere innumeros praeteream, Jacobus Sponius in *Miscellaneis eruditae antiquitatis sect.* 1. *art.* 6. *sub. tab.* 40. 41. 42. *pp.* 21. *et* 22., Pitiscus in *Lexic. antiquit. Roman. To.* 1. *Art. Cymbalum*, Pignorius *de Servis*, Ursin. *in Append. ad Ciaccon. de Triclin. p.* 374., Gonsal. in *Petron. p.* 74., Lampe *loc. cit. l.* 2. *C.* 1. *pp.* 945. *et seqq.*, Gerbertus *loc. cit.*, ipsique Calmetus *loc. cit. p.* 75., Foggi..ius *loco cit.*, et Blanchinius *loc. cit.* §. 5., qui tamen *ibid.* §. 6. *p.* 48. ingenue fatetur, a popularibus cymbalum pro tympano accipi „ cymbala (inquam) erant (*ait Sponius loc.* „ *cit. p.* 22.) ex aere quasi duae scutulae „ sive potius, veluti subiicit Salomon Van Til *loc. cit. pp.* 271. *et* 272. „ ad similitudinem Globi per medium divisi „ interius vero excavata, foris rotunda (etenim cymbalum dictum est vel a *κύπτω incurvo*, *vel a κυφὸς*, *curvus*, *quasi κύφαλον*, quia incurvum et cavum) „ et in qualibet eorum parte manubrium est affixum, „ ut scilicet commodius teneri, ac dirigi valeant „. „ Ambabus enim manibus (inquit *loc. cit. pag.* 163.

tum, cui limbus est foraminibus undique pervius, ex quibus novem in ejus circumferentia tintinnabula pendent „ ad „ sonum acutum istorum (ut idem (1) „ inquit Blanchinius) componendum „ cum gravì aeris ipsius, aut cymbali, „ seu disci sonó „ quod tamen „ ad „ strepitum potius, quam ad harmoniam „ concinnatum videtur „ (2) Montfau-

„ Pignorius) (erant enim manubriata, vel ansata in extima convexione) „ apprehendebantur, et complosa, „ concussaque sonitum edebant, tinniebantque. Tinnitus enim cymbalorum proprius fuit „. Quem tamen ea „ causarunt varium (ut *loc. cit.* legitur apud Salomonem Van-Til *pag.* 272.) „ pro diversitate pulsus. „ Aliquoties enim in partes e diametro collidebantur, „ aliquando ex obliquo „. Ac eadem a mulieribus et praesertim a puellis pulsabantur, quae proinde *Cymbalistriae* nuncupabantur. Tympana vero illa etiam ex aere confecta non quidem cava, et duplicia, sed licet interius rotunda, exterius tamen plana, et simplicia erant. Utrumque porro tum ex hactenus recensitis, tum ex illa veterum Ethnicorum formula, nimirum „ De „ tympano manducavi, de cymbalo bibi „ clare aperteque patet. Dum planum nanque vas cibo continendo est idoneum, solo concavo vase potus comprehendi valet. Tympanum igitur, atque cymbalum mutuo differre luculenter, et evidenter apparet.

(1) *Ibidem*.

(2) *Loc. cit. C. 5. sub. §. 4.*, ubi de hoc eodem,

cono. Hoc porro ejusdem quidem *structurae* ait esse Blanchinius, et revera est, ac illud Bellorii superiori §. 34. memoratum, diversum tamen sive ob magnitudinem, qua valde praestat, sive ob pulsandi, ac adhibendi modum, videlicet ope duplicis funiculi ex ejus centro prodeuntis, ac sursum ascendentis, itemque in superiori sua extremitate seu nodo religati aut manu sumendi, atque agitandi, potius quam alicubi appendendi (1) caussa, nec non ob ipsam demum tintinnabulorum ejus figuram campanarum vel codonum instar efficta, oblonga demum, et conum imitantia ob nu-

quod ex Blanchinio haustum, *tab.* 77. *fig.* 3. depingit, loquitur monumento.

(1) A Bacchantibus et satyris tympana manibus, iisdemque in altum elatis tenebantur, et quatiebantur, ut redderent sonum, nec proinde ab iis eadem ullatenus appendebantur, idque, ut caetera praetermittam, praesertim ostendunt monumenta, quae in Musaeis tum Pio-Clementino *To.* 4. *Tab.* 20. 22., *et* 30., tum Claramontio *To.* 1. *Tab.* 34., ac uterque affert, et illustrat Vicecomes, tum in *Picturis Herculanensibus To.* 1. *Tab.* 20. *et* 21., tum pervetustum Burghesianae villae vas, quod cernitur in opere inscripto *Sculture della Villa Pinciana To.* 1. *p.* 40. *stanza* 2. *num.* 10.

merum, nempe, ut indicavimus, novem, atque ob locum, utpote quia eadem a foraminibus, quibus ejus limbus est pervius totidem annulorum mobilium, queis inserta sunt, praesidio exterius pendent.

38. A quo sane (1) antiquissimum, atque forsitan primis Caesaribus Augustis coaevum a Bartolio (2) ac a Bellorio (3) allatum, et expositum aereum seu (4) *Scutulum*, seu (5) *Discus*, seu potius tympanum, etsi, quantumvis parvum, veluti perhibet Pacichellius (6), qui eum prae manibus habuit, et vidit in Museo Belloriano, ubi aderat, ob magnitudinem suam paullo ampliorem aliquatenus diversum, nec usu tamen, nec forma, ut ex facta utriusque comparatione primo ipso apparet intuitu,

(1) Ita de huius monumenti antiquitate Petrum Bellorium, in cuius Museo idem extabat, censuisse perhibet Pacichellius in *lucubrat de tintinnabulo Nolano C.* 1. *p.* 9., qui ab eius ore id forsitan excepit.

(2) *Loc. cit.*

(3) *Loc. cit.*

(4) Sic appellatur à Bellorio *loc. cit.*

(5) Sic appellatur à Blanchinio *loc. cit.*

(6) *Loc. cit.*

minime differt, et cujus item circumferentiae simili ratione septem adjuncta conspiciuntur aequalis configurationis tintinnabula neque aliter, neque diversi funiculi praesidio, praeter duo illa utrique funiculi parti superius adjecta, quae interius pendent extrinsecus pendentia „ circa limbum, non secus ac in cymba-„ lo (1) sacro Armenorum „ (in quo tamen tintinnabulorum loco crepitacula sunt), ut ejus quoque afferens (2) effigiem, et (3) descriptionem (4) inquit Blanchinius, et quod, veluti, Bellorio (5) duce, innuimus. in Bacchicis, seu solemnitatibus, seu ludis, seu coetibus, seu choreis, perinde ac in aliis quibuslibet saltationibus, et plausibus, ut praesertim de Aegyptiis narrat Clemens Alexandrinus (6), ac Bonarro-

(1) Hoc a Montfaucono in *Supplem. de l' ant. expl. To.* 3. *l.* 9. *c.* 16. *n.* 3. *p.* 197. appellatur tympanum.

(2) *Loc. cit. tab.* 7. *fig.* 4.

(3) *Loc. cit. c.* 3. §. 4. *pp.* 45. *et* 46.

(4) *Loc. cit.* §. 17. *p.* 58.

(5) *Loc. cit.*

(6) *Pedagogi l.* 2. *C.* 4. *Opp. T.* 1. *p.* 192. *Ed. Oxonien. an.* 1715. „ Εἰδὲ ἐν αὐλοῖς, [inquit] καὶ

tius (1) antiquis monumentis innixus tum (2) de pervetustis Hetruscis, tum

ψαλτηρίοις, καὶ χοροῖς, καὶ ορχήμασι, καὶ κρότοις Αἰγυπτὶων, καὶ τοιαύταις ραθυμίαις ἀλύοι ἄτακτοις, καὶ ἀπρεπεῖς, καὶ ἀπαίδευτοι κομιδῇ γίγνοιντο ἀν, κυμβάλοις, καὶ τυμπάνοις ἐξηχȣ́μενοι, καὶ τοις τῆς ἀπάτης ὀργάνοις περιψοφȣ́μενοι „ Videlicet „ Sin autem in tibiis, „ et psalteriis, choris, et saltationibus, et plausibus „ Aegyptiorum, et dissolutis eiusmodi ociis studiose versentur valde immodesti, et a bona disci„ plina alieni evaserint, utpote quos cymbala, et „ tympana circumsonent, et fraudis instrumenta cir„ cumstrepant „. Hos autem Aegyptiorum plausus ab Hebraeis imitatos fuisse, tum cum, aureo vitulo conflato, eum adoraverunt choros ducentes, ac tympanorum propterea utentes sono subiicit Gentianus Hervetus in Comment ad *cit.* Clementis *locum To.* 2. *in fin. p.* 69., quae tanquam ad libidinem incitantia Christianis huiusmodi occasionibus, ac praesertim in conviviis adhiberi veluti *ebrietatis theatrum idem loco cit.* vetat Clemens.

(1) *In Explication. et Conjectur. ad monum. Hetrusc.* additis Operi Thomae Dempsteri de *Hetruria regali* in calce *To.* 2.

(2) *Ibid. p.* 16. „ Et primum, (inquit) ne „ oratio à Bacchanalibus discedat, licet in his vasculis „ faunos, bacchanaliorumque instrumenta quisque co„ gnoscere facile queat . . . . . . solum enim in vasis „ Hetruscis fauni personati etc. . . . . conspiciuntur. „ Imo aliqua videntur, quae in Latinis, vel Graecis *non* „ reperias; ut quaedam instrumenta ad formam tym„ pani, et rotundo foramine, ampliore saepius, „ perforata, crepitaculis, vel lamelis instructa: tym„ panum ad formam sphaerae dimidiatae: ac demum „ flabella peculiaris formae, quae passim in his no-

(1) aliis Italiae regionibus refert, adhiberi, atque pulsari consuevit.

39. Rotundum quoque, ac aeneum tympanum, quod *crepitaculum* appellat, et in Electorali Thesauro asservari perhibet, affert Begerus (2), cum se-

„ stris visuntur: et arculae quadratae, quae in bac-
„ chanalibus non spectantur, frequenter occurrunt in
„ manibus baccharum, et virorum bacchantium „. Gorius *Musei Etrusci Vol.* 2. *Classi* 1. *pag.* 154. perhibet, se in veteribus Hetruscorum vasculis Bacchas orgia celebrantes depictas aspexisse saltantes, easque modo gerentes crotala, modo pulsantes cymbala, nisi forsitan typographorum incuria erratum sit; nam in *indice* non quidem cymbala, sed tympana usurpantur. Eadem porro tradit, ac probat ipsis antiquissimis *Picturis Etruscorum in Vasculis* tum *Vol.* 1. *pp.* 77. *et* 78., tum *Vol.* 2. *in Diss. de Mus. vet. Etrusc. p.* LXXX. *et Tab.* 145. *p.* 32. Passerius.

(1) *Ibidem p.* 17. „ Et censeo eruditos (ait) in
„ meam venturos esse sententiam, si animadvertant,
„ similia vasa, quae in aliis Italiae regionibus reperta
„ dicuntur, uno eodemque artificio elaborata esse cum
„ iis, quae certo in Hetruria reperta sunt: et cum,
„ ut dictum est, in picturis multimode dissentiant a
„ monumentis Graecorum, et Romanorum; omnia ta-
„ men inter se convenire noscuntur, in omnibus enim
„ occurrunt eadem schemata virorum, Hetrusca fau-
„ norum forma personatorum, et baccharum, iidem
„ thyrsi, flabella, specula rotunda, instrumenta ad
„ modum tympani, sed perforata, arculae quadratae,
„ quas bacchae, virique bacchantes praeferunt „.

(2) *Thes. Brand. Vol.* 3. *p.* 401. sub tit. *Tympanum Aereum*, et *p.* 245. sub tit. *Baccha cum tympano*.

ptem annulis in ejus peripheria undique, praeterquam in vertice, insertis, a quorum septimo, seu postremo in ipsa extremitate peripheriae ope parvuli alterius annuli tintinnabulum ab acuta forma in illam coni desinens pendet, cum foramine in centro, ut manubrio ibidem immisso agitari, et pulsari tandem posset, cujus porro tympani quanvis Begerus reticeat usum, eumdem tamen in solemnitatibus sive Cybelis, sive potius Bacchi, veluti hactenus ostendi, ac caeteris eius Bacchanalium instrumentis accenset Fogginius (1), locum habere potuisse patet.

40. Ac eadem plane de re adhibitum antiquitus fuisse censendum est tympanum ex aere confectum, et septem tintinnabulis instructum, ac ex foraminibus ejus limbi ope totidem annulorum exterius, et undique pendentibus cum cavitate in centro, ut, vel manubrio immisso, vel digitis etiam ibidem insertis, sumi, et pulsari posset, in memorato Museo Kircheriano existens, in-

(1) *In Mus. Cap. To. 4. Ed. Lat. p. 233. ac Ed. Ital. p. 257.*

deque a nobis expressum, et hoc in loco (1) allatum. Quod licet afferat Bonannus, non quidem in illius Musaei recensione peragenda, sed (2) alibi, quoniam tamen veram ejus non depingit magnitudinem, veram idcirco ejusdem effigiem, tantam, quanta est reapse, Lectori erudito subiicere nos operis pretium esse duximus.

41. Sed quantumvis non admodum antiqua, hic tamen silentio reticenda non est praeclara illa *pensilis* Fuldensium *stella* seu *Machina cymbalaria*, vel *cymbalarica*, ut verbis utar Athanasi Kircheri (3) et Causaei (4), qui eius (5) afferunt imaginem aere impressam. Cum enim Fuldae prae aliis compluribus Angla quaedam nobilis foemina S. Bonifacii Episcopi et Martyris studio ab Idolorum cultu fuisset ad Chri-

(1) *Fig.* 3.

(2) *Cabinetto Armonico Tab.* 142. *pag.* 173.

(3) *In Musurgia Universali lib.* 9. *Machin.* 5. *To.* 2. *pag.* 338.

(4) *In Museo Romano To.* 2. cit. *Edit. Rom. anni* 1746. *Sect.* 4. *pag.* 50. *n.* 16.

(5) *Locis citatis*,

stianam fidem conversa, eadem auream stellam innumeris tintinnabulis resonantem a semetipsa constructam, veluti ait Causaeus (1), quam suorum Gentilium erroribus inhaerens loco Numinis antea colebat, ut ad unius veri Dei cultum, religionemque deduceretur, in Ecclesia ab eodem S. Bonifacio extructa collocari voluit, et in cuius locum (2) alia aenea stella eiusdem plane formae, atque magnitudinis post plures centenos annos suffecta fuit à quodam illius Monasterii Abbate, qui, bellis imminentibus, non aliter, nisi ejus pretio militaribus sumptibus se satisfacere posse duxit. Eam porro ad Bacchum pertinuisse Fogginius (3) existimat.

42. Monumentorum fidem veteres etiam confirmant, et adaugent Scriptores, cuiusmodi, ut caeteros praeteream, sunt Ovidius (4) Valerius Flaccus (5),

(1) *Ibidem*.

(2) Consulendus est *loco cit. pp.* 338., *et* 339. Kircherus.

(3) *Locis cit.*

(4) *Metamorphos. lib.* 4.

(5) *Argonautic. l.* 7. *et l.* 8. *in fine*.

Secundus (1), Juvenalis (2), Herodianus (3), Sidonius Apollinaris (4), Clemens Alexandrinus (5), et Suidas (6) tympanorum usum in Orgiis seu festis Bacchi asserentes, atque perhibentes. Ipsis quoque Indis eum fuisse hac eadem de re communem luculenter tradit Arrianus, qui (7) a Baccho ipso eos tum pro suo, tum pro illo caeterorum Deorum ineundo cultu ad tympana, qui-

(1) Vetus Poeta in *Anthologia lib.* 4. *cap.* 12. *Epigr.* 63.

(2) *In Satyris.*

(3) *Historiar. lib.* 5.

(4) *Carm.* 5. *V.* 496.

(5) Loco citato, et allato superius *pp.* 136. *et* 137. *Adnot.* 6., nec non in *Protrept. pag.* 50.

(6) Verbo Τύμπανον.

(7) *Historiae Indicae cap.* 7. *pp.* 563., *et* 564. *Edit. Amstelodam. anni* 1757. ,, Βοάς τε ὑπ ἀρότρῳ ,, ζεῦξαι (ait) Διόνυσον πρῶτον, καὶ ἀροτῆρας ἀντὶ ,, νομάδων ποιῆσαι Ἰνδῶν τοὺς πολλοὺς καὶ ὁπλίσαι ,, ὅπλισοι τοῖσιν ἀρηίοισι. Καὶ θεοὺς σέβειν ὅτι ἐδί- ,, δαξε Διόνυσος ἄλλους τε, καὶ μάλιστα ἑωυτὸν, ,, κυμβαλίζοντας, καὶ τυμπανίζοντας ,, Nimirum ,, ,, Primus etiam Bacchus boves aratro junxit, et ple- ,, risque Indorum ex pastoribus aratores fecit, mar- ,, tiisque armis armavit. Et cultum cum aliorum ,, Deorum, tum sui ipsius docuit, quem cymbalorum ,, et tympanorum pulsu fieri jussit ,,.

bus plura tamen intus ab iisdem adjungi tintinnabula consuevisse constat (1), pulsanda, postquam bello devicerat, informatos fuisse adijcit.

43. Atque hinc Indicae Bacchi victoriae celebrandae, ac in memoriam revocandae caussa in ejus sacris tintinnabulorum ritum ducendum esse coniicit Fogginius (2). Qui tamen ex illo etiam superius (3) recensito Hebraeorum usu tintinnabula summi Sacerdotis tunicae adjungendi eadem ad Bacchi cultum Ethnicos forsitan transtulisse addit (4). Hi siquidem cum Bacchum, veluti perhibet Plutarchus (5), eumdem esse, ac Deum Hebraeorum sibi fingerent, eum idcirco iisdem Hebraeorum ritibus, atque caeremoniis, quemadmodum idem ostendere nititur Plutarchus (6), colere consueverunt.

44. Ipsis etiam animalibus Baccho

(1) Id ostenditur a nobis *cap.* 8. §§. 3. 4.
(2) *Loco cit.*
(3) *Capite* 1.
(4) *Ibidem*.
(5) *Symposiac. lib.* 4. *quaest.* 5.
(6) *Ibidem*.

sacris modo crepitacula inerant, qualis est panthera utpote „ animal vini „ appetentissimum „ veluti recte observat Philippus De Stosch (1), atque idcirco „ apparens (sicut inquiebat Philostratus (2)) „ Dei (nimirum Bacchi) „ symbolum „ eique proinde sacrum, et familiarissimum ac in plerisque veteribus Bacchanalium monumentis adhibitum (3) à Gorio recensita, cuius ca-

(1) In Opere inscripto *Gemmae caelatae antiquae sub n.* 22. *pag.* 28.

(2) *Icon. lib.* 1. *Ic.* 15.

(3) „ Tigris seu panthera (inquit Gorius in *Inscript. ant. Don. notis illustr. in Prooem. p. XCVII.*) „ animal Libero patri familiarissimum, Baccham ve„ locissimo cursu anteit, et ipsa quodammodo furere „ videtur „ veluti conspicitur in antiqui marmoris anaglyphi dextero orbiculo, cujus imago adest aere impressa in ejusdem prooemii fronte *p.* 35. In veteri etiam marmoreo monumento, quod frontem Sarcophagi fuisse apparet, allato ab eodem Gorio in *Observat. in mon. ant. addit. P.* 3. seu *To.* 3. *Inscript. ant. Tab.* 28. ex Museo Cerretano, et pandito *p. CX. et CXI.* cernitur arcuma, modicum nempe plaustrum, ubi perinde ac in arca homo solus, idemque vel aeger, vel senex gestari poterat, et solebat, in quo Bacchus ebrius et jacens asportatur, eumque „ trahunt pantherae, (ve„ lut *ibid. p. CXI. ait Gorius*) animalia Baccho sa„ cra „. Ita quoque in Bacchanali, quod videtur in *Museo Pio-Clem. To.* 4. *tab.* 22. adest panthera, et tres

piti cernitur impositus ,, torques (quemadmodum ait (1)) seu collare , ut
,, videtur , coriaceum . . . . cui undique adnexa snnt ad modum globulorum (ni tamen rotundae laminulae
,, sint, et quidem duplices) aenea crepitacula ,, frequentius tamen appendebantur tintinnabula, cuiusmodi sunt asini , de quibus erit in posterum (2) sermo .

45. Veteribus autem silentibus gentilibus scriptoribus, et monumentis , certo definire nobis non licet, utrum reapse tintinnabula inessent tympanis etiam illis, quae ita peculiariter , atque constanter in singulis Cybelis festis , tum (3) in

tandem, ut caetera hujusmodi praetermittam monumenta in illo alio sunt Bacchanali *ejusdem Musaei Tab.* 20.

(1) *In Mus. Flor. To.* 1. *cit. p.* 164.

(2) *Cap.* 9.

(3) ,, Sacerdotes Aegyptii (ait Author ex *Schilte haggiborim* apud Athanasium Kircherum in *Musurgia* seu in *libro philolologico de sono artificioso sive Musica etc. c.* 4. §. 2, *n.* 1. apud Ugolinum *Vol.* 32. *Thes. p.* 363.) ,, potissimum utebantur tympano in delubro ,, magno matris Dcornm , quae Dea Vesta (ita etiam ,, vocabatur Cybeles) dicitur , et fundamentum terrae indicat ,, .

Aegypto, ubi etiam (1) tanquam musica instrumenta luxuriae fovendae, atque promovendae caussa tympana saepe adhibebantur, tum (2) in

(1) Ita perhibet Justinus *Histor. l.* 30. *C.* 1. *To.* 2. *pp.* 560. *et* 561. *Edit. Lugd. Batav. an.* 1760. „ Sed „ (Ptolemaeus Aegypti rex) contentus (ait) recupe- „ ratione urbium, quas amiserat, facta pace (cum „ Antiocho), avide materiam quietis arripuit; re- „ volutusque in luxuriam, occisa Eurydice uxore, „ eademque sorore sua, Agatocliae meretricis illece- „ bris capitur; atque ita omnem magnitudinem no- „ minis, ac majestatis oblitus noctes in stupris, dies „ in conviviis consumiit. Adduntur instrumenta luxu- „ riae, tympana, et crepundia, nec jam spectator rex, „ sed magister nequitiae, nervorum oblectamenta mo- „ dulatur „.

(2) Foeminae apud Phrygas pro Cybelis ineundo cultu, et celebrandis festis, veluti perhibet Diogenes Tragicus, tympana, cujusmodi similia feriebantur instrumenta, manu, et virgulis aereis pulsabant.

„ Καὶ τὰς κλύωμεν Ἀσιάδος μιτρηφόρους

(inquit ille *in Semele* apud *Athenaeum Deipnosophist. l.* 14, *C.* 9. *To.* 1. *p.* 636. *Edit. Lugd. an.* 1612.)

„ Κυβέλας γυναῖκας παῖδας ὀλβίων Φρυγῶν,
„ Τυμπάνοισι καὶ βομβοῖσι, καὶ χαλκοκτύπων
„ Βόμβοις βρεμούσας ἀντὶ χερσὶ κυμβάλων
„ Σοφὴν θεῶν ὑμνῳδὸν ἰατρὸν θ᾽ ἅμα „.

Videlicet, ut ibidem vertit Jacobus Dalechampius

„ Auditione cognovimus mythratas
„ Cybeles foeminas fortunatis satas Phrygibus
„ Tympanorum aere percussorum strepitu,
„ Ac cymbalorum, quae manibus pulsant,
„ murmure

Phrygia , tum (1) Latmi , tum

,, Frementes sapientem celebrare , ac medicam
,, Deam ,, .

Id autem non modo apud foeminas , sed et apud caeteros omnes veteres Phrygas pro illa colenda Dea ita firmum erat , atque pervulgatum , ut ,, Μίδας (quemadmodum refert Polyaenus *Stratagemat. l.* 7. *c.* 11. *p.* 611. *Edit. Lugd. Batav. an.* 1691.) ,, προσποιήσαμενος τελετὴν πõιειν τοῖς μεγάλοις θεοῖς , νυκτὸς ἐξήγαγε τὺς Φρύγας μετ' αὐλῶν , καὶ τυμπάνων , καὶ κυμβάλων κρυπτα ἔχοντας ἐγχειρίδια . Οἱ μὲν πολῖται τῶν οἰκιῶν ἐξῆλθον ἐπὶ τὴν θέαν . οἱ δὲ τυμπανίζοντες , ϗ κυμβαλίζοντες τὺς μεν θεατὰς κατεφονευσαν : ϗ οἰκίας αὐτῶν ἀνεωγμένας καταλαβόντες , Μίδαν τυραννον ἀνηγόρευσαν ,, . Nimirum ,, Midas simulans se Diis ,, magnis rem divinam facturum , per noctem Phryges ,, cum tibiis , tympanis , ac cymbalis eduxit , quibus ,, enses occulte gestandos dederat . Cives e domibus ,, egrediebantur ad spectaculum , Illi tympana , cym- ,, balaque pulsantes spectatores trucidaverunt , et in ,, aedes apertas , impetu facto , Midam tyramnum ,, constituerunt ,, . Eadem leguntur apud Catullum ,, Cybeles (inquit) Phrygiae ad nemora Deae , ,, Ubi cymbalum sonat vox , ubi tympana reboant ,, .

(1) Latmii tympanorum sonitu Cybelis festa ita firme atque constanter celebrabant , ut ad eos devincendos , eorumque invadendam urbem fistnlis , ac tympanis illius Divae cultum , veluti narrat Polyaenus , Artemisia simulaverit . ,, Ἀρτεμησια (ille inquit *Strat. l.* 8. *c.* 53. *n.* 4. *p.* 806.) Λάτμον κατελάβετι , τὴν μὲν ὡπλισμένην δύναμιν ἀποκρυψαμένη · αὐτὴ δὲ μετὰ εὐνὺχων ϗ γυναικῶν , ϗ ἀυλητῶν , ϗ τυμπανιστῶν ἐς τὸ ἄλσος τὴς μήτρὸς τῶν θεῶν ἀπέχον τῆς πόλεως ἑπτὰ στάδια , παρῆλθεν ὀργιάζὺσα · τῶν δὲ Λατμίων προελθοντων , ϗ τὴν ἐυσέβειαν αὐτῆς θεωμένων , καὶ θαυμαζόντων , οἱ ἀποκεκρυμμενοι ἐπαναστάντες κατε-

(1) Cyzici, tum (2) in Samothra·

λάβοντο τὴν πόλιν, κρατήσαντες αὐλοῖς, καὶ τυμπάνοις, ἧς οὐκ ἐκράτησαν ὅπλοις,,. Scilicet ,, Artemisia ,, cum Latmum occuparet, armatas copias occultavit: ,, ipsa vero cum eunuchis, mulieribus, tibicinibus, ,, et tympanistis in lucum matris Deorum, qui septem ,, stadiis ab urbe distabat sacra peragens accessit. ,, Latmiis autem advenientibus, et pietatem eius con- ,, templantibus, admirantibusque, ii, qui latebant, ,, consurgentes urbem invaserunt, obtinentes cum ,, fistulis, et tympanis, quam armis non potuerunt ,, obtinere,,.

(1) Id perhibent tum Herodotus *Hist. l.* 4. *c.* 76., tum Diogenes Laertius in *Anacharside*, tum Josephus *Antiqu. Jud. l.* 2., tum Clemens Alexandrinus *in Protreptico seu cohortat. ad gentes*, dum Saulii Scytharum regis narrant historiam sagittis confodientis quemdam Scytham nomine Anacharsidem, qui Cyzicenos imitantem tympanis et cymbalis sacrorum Cybelis celebrationem in Scythiam invehere conabatur. ,, Πολλὰ ,, κἀγαθὰ γένοιτο (inquit *loc. cit.* Clemens *Opp. vol.* 1. *p.* 20. *Edit. Oxon. an.* 1715.) τῷ τῶν Σκυθῶν Βασιλεῖ, ὅστις ποτε ἦν· οὗτος τὸν πολίτην τῆς ἑαυτοῦ τῆς παρα Κυζικηνοῖς μητρὸς τῶν θεων τελετὴν ἀπομιμούμενοι παρὰ Σκύθαις, τύμπανον τε ἐπικτυποῦντα, καὶ κύμβαλον ἐπηχοῦντα, οἷα τοῦ τραχήλου τινὰ Μηναργύρτην ἐξηρτημένον, κατετόξευσεν, ὡς ἄνανδρον αὐτόν τε παρὰ Ελλησὶ γεγενημένον, καὶ τῆς θηλείας τοῖς ἄλλοις Σκυθῶν διδάσκαλον νόσου ,,. Nimirum ,, Benevertat illi Scytharum regi, quocumque fuerit ,, nomine, qui civem quemdam suum, cum sacra ,, matris Deorum, quae apud Cyzicenos fiebant, in ,, Scythia imitaretur, tympanumque pulsaret, et cym- ,, balo è collo pendenti, tanquam Minargytes (Sacer- ,, dos) Cybelis aliquis insonaret, sagittis confodiit; ,, ut qui Grecorum mollitie corruptus effoeminatas artes ,, in Scythiam inveheret,,.

(2) Id testatur Strabo *Geogr. l.* 10., cuius verba

cia, tum (1) Lemni, tum (2) in

pp. 156. *et* 157. *Adnot.* 1. inferius afferentur.

(1) Consulendus est *loc. cit.* Strabo.

(2) A Syris ad Graecos, et à Graecis ad Romanos tympana pervenisse, asserit Sponius in *Miscellan. erudit. antiquit. sect.* 1. *art.* 7. *tabul.* 46. *et* 47. *p.* 23. *Col.* 2. innixus seqq. Juvenalis versibus *in Satyris*

„ Jampridem Syrus (inquit) in Tyberim de-
„ fluxit Orontes,
„ Et linguam, et mores, et cum tibicine
„ chordas
„ *Obliquas*, nec non gentilia tympana secum
Vexit et ad circum jussas prostare puellas „

Sed praeterquamquod nullam Graecorum mentionem allato in loco iniicit Juvenalis, a Cabiris potius in Italiam, vel Hetruriam, indeque Romam tympanorum usum venisse colligam ex Livio. Cabiros enim Italiam appulsos, et in Hetruria considentes huc ipsum tympanorum atque cymbalorum usum transtulisse, indeque Romam eum accepisse, apertissime tradit. Cabiri siquidem ex Asia profugi steterunt in Hetruria, suos in eamdem mores, et religiosos invehentes ritus, idque Livius innuit, nisi quod in eo sit error, ut ex Graecia profectus dicatur is, qui e Phoenicia sive Samothracia venerat. Inquit enim *Hist. Rom. l.* 39. *C.* 8. „ Graecus ignobilis in Hetruriam primo venit „ nulla cum arte earum, quas multas ad animorum, „ corporumque cultum nobis eruditissima omnium „ gens invexit, sed sacrificulus, et vates: nec is, qui „ aperta religione propalam et quaestum et discipli- „ nam profitendo animos horrore imbueret, sed „ occultorum antistitis sacrorum initia erant „. De sacris autem Hetruriae loquens tympana aeque ac cymbala pulsari ab eiusdem gente consuevisse idem *loc. cit.* subiicit Livius „ Multa dolo (ait), pleraque per „ vim audebantur. Occulebat vim, quod prae ulu-

Syria, tnm (1) in Hetruria, indeque (2) Romae, tum (3) in aliis quibuslibet locis,

,, latibus tympanorum, et cymbalorum strepitu nulla ,, vox quaeritantium inter stupra, et caedes exaudi- ,, ri poterat ,, . Ac demum ex Hetruria Romam tympanorum aeque ac cymbalorum pulsandorum consuetudinem profectam esse is apertissime innuit . ,, Hu- ,, ius mali labes (inquit *ibid.* C. 9.) ex Hetruria ,, Romam, velut contagione morbi penetravit ,, . Atque tympana et cymbala *cap.* 10. nominat . ,, Eos deducere ,, in locum (ait) , qui circumsonet ululatibus , ,, cantuque symphoniae , et cymbalorum , et tympano- ,, rum , ne vox queritantis , quum per vim stuprum ,, inferatur , exaudiri possit ,, .

(1) Id ostendunt non modo ea omnia, quae *superiori Adnotatione* recensuimus , veterum Auctorum testimonia , sed antiqna etiam monumenta , quae copiose affert , ac interpretatur Passerius in *Pict. Etrusc. in vasculis Vol.* 1. *p.* 77. *et* 78. , *et Vol.*2. , *tum in Diss. de Mus. Vet. Etrusc. p. LXXX.*

(2) Tympana Romae in usu fuisse , cum sacra Cybelis celebrarentur festa , plures veteres perhibent scriptores, Livius scilicet *loc. cit.*, Virgilius *Aeneid.l* 3., Lucretius , Ovidius , Phoedrus , Ausonius , Silius Italicus , Claudianus , et Svetonius in locis *sequenti Adnotatione* citatis . Idem praeterea ostendit ara quaedam vetus marmorea *Aeliae Receptae tympanistriae M.D.M.I.* idest *Magnae Deorum Matris Ideae* scilicet Cybelis ad ripam fluminis Almonis Romae proximi , ad quem magna pompa Saeerdotes Deam nudis pedibus , ut prae aliis legitur apud Ovidium *Fast. l.* 4. , et Prudentium in *Hymno* X. *n.* 54. , ac eiusdem sacra faciebant , condita , cuius imaginem ex schedis bibliothecae Vaticanae hausit Donius , et illustratam edidit Gorius in cit. *Inscript. antiq. Donian. Class.* 8. *p.* 315.

(3) Ita prae aliis perhibent Strabo *loc. cit.* , Lucre-

ubi ea colebatur, a Gallis, seu a Curetibus, seu Corybantibus (1) Sacerdotibus suis pulsabantur, ut iidem, Euripide (2) teste, primi fuisse ferantur eorum inventores, atque in veteribus marmoribus, cujus-

tius de rer. nat. l. 11. *vv.* 618. *et* 619., Catullus de *Aty*, *et de nuptiis Pelei et Tethidos*, Ovidius *Metam. l.* 4. *vv.* 29. *et* 30., Phoedrus *l.* 3. *fab.* 20., Ausonius *Ep.* 25., Silius Ital. *l.* 17., Claudianus *in Eutrop. l.* 1. *vv.* 278. *et seqq.*, Statius *Thebaid. l.* 8., Svetonius in *Aug. c.* 68., Apulejus *Metam. l.* 8., aliique plures.

(1) Id quod certum, atque pervulgatum apud omnes est, prae ceteris perspicue innuunt tum Ovidius *Fast. l.* 4. de Curetibus ita loquens „ Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant „ tum Virgilius *Aeneid. lib.* 3. appellans tympana „ Corybantiaque aera „ tum Lucianus in *Deor. Dialog.*, tum Tertullianus in *Apologet.* similibus eadem designantes verbis, tum Strabo *lib.* 10. expresse perhibens, Curetibus tympana in usu fuisse.

(2) In *Bacchis*

„ Ω' θαλάμευμα (inquit) κȣρήτων
„ Ζαθεοὶ τε Κρῆτες
„ Διογενέτορες ἔναυλοι,
„ Τρικόρυθές τ' ἐν ἄντροις
„ Βυρσότυνον κύκλωμα τόδε
„ Μοι Κορύβαντες ἗υρον „.

Nempe „ O contubernium Curetum
„ Et divini Cretenses
„ Jove geniti incolae
„ Triplicemque galeam gestantes in antris,
„ Hunc (tympani) rotundum orbem, intentum
„ corio

modi et nos paullo superius (1) ostendimus, ac, ut alios plurimos omittam, Calmetus (2), Montfauconus (3), Gorius (4); et Viccomes (5) probant, nec non ipsi antiqui testantur (6) Scriptores, Cybeles cymbalum manu tenens plerumque praescferatur, sive, ut pandit Lucretius (7), ad religiosum quemdam terrorem, ac me-

,, Invenerunt mihi Corybantes.
Quod et *loc. cit.* ipse quoque praeclare innuit Phaedrus inquiens

,, Galli Cybeles circum quaestus ducere
,, Asinum solebant bajulantem sarcinas,
,, Is cum labore, et plagis esset mortuus
,, Detracta pelle, sibi fecerunt tympana ,,.

(1) §. 27. *huius capitis*.

(2) *In Dict. hist. crit. &c. S. Script. To.* 2. *Art. Tympanum*.

(3) *Suppl. au liv. de l'ant. expl. To.* 3. *l.* 9. *C.* 6. §. 1.

(4) *In Thes. ant. gemm. astr. vol.* 2. *tab.* 4. *pp.* 48. *et* 49.

(5) *In Mus. Pio-Clem. To.* 1. *tab.* 40. *p.* 77. *et* 78.

(6) Idipsum, quod vetera marmorea testantur monumenta, ipsi etiam antiqui produnt, et confirmant scriptores, cuiusmodi, ut caeteros praeteream, sunt Homerus in *Hymno Cybelis*, Orpheus in altero eius *hymno*, Lucretius *de rer. nat. l* 2. *vv.* 618. *et seqq.*, Catullus *Eleg.* 62. *vv.* 18. *et seqq*, Ovidius *in Epist.*, Diodorus Siculus *Bibl. l.* 3., Phurnutus *C. de Rhea*, Varro *rer. divin.* apud *Aug. de Civ. Dei l.* 7. *C.* 24.

(7) *Loco cit. vv.* 618. *et seqq.*

tum ingratorum, atque impiorum hominum animis iniiciendum, sive, ut aliis, perhibente Varrone (1), videtur, ad significandum „ in eius manibus esse „ orbem terrae „ cuius figuram circularem potius quam sphoericam esse veteres autumabant, sive demum quia tympanum cymbalo conjunctum praecipuum quoddam esset signum, et symbolum, quo veteres Ethnici (2) sacris hujus Deae perinde ac illis Atydos, Corybantum, et Cereris, perhibentibus praesertim Clemente Alexandrino (3), et Julio Firmico (4), initiarentur mysteriis, iisdemque initiati mutuo cognoscerentur ope formulae, nimirum (5)

„ Tympana (inquit) tenta tonant palmis, et
„ cymbala circum
„ Concava . . . . .
„ Ingratis animos, atque impia pectora vulgi
„ Conterrere metu, quae possint numine Divae „.

(1) *Ibid.* „ Eamdem (ait) dicunt Matrem magnam, quod tympanum habeat, significari esse orbem terrae „.

(2) Consulatur Vossius *de Origine et progressu Idololatriae l.* 2. *C.* 53. *To.* 1. *p.* 605.

(3) *In Protreptico* seu *cohortat. ad gentes* Opp. *To.* 1. *pp.* 13. *et* 14.

(4) In libro *de Errore profanarum religion. C.* 19.

(5) „ Ἐκ τυμπάνε ἔφαγον, (inquit *loc. cit.*

„ De tympano manducavi , et de cym„ balo bibi „ . Si quidam tamen analogiae , atque conjecturae concedendus sit locus, quoniam tum fere omnes alii veteres , tum praesertim Bacchi Sacerdotes , atque Bacchantes iis, quibus utebantur , tympanis tum ob producendum concentum , tum praesertim ob majorem excitandum strepitum, quamvis

Clemens *pag.* 14.) ἐκ κυμβάλȣ ἔπιον · ἐκερνοφόρησα . ὕπο τὸν παστον ὑπέδυον . Ταῦτα ȣκ' ὕβρις τὰ συμβολα ȣ̃ χλέυη τὰ μυστήρια „ . Scilicet „ *Ex tym-* „ *pano comedi , ex cymbalo bibi : cernum gestavi :* „ *me in thalamum clam insinuavi* . Non haec symbola „ probrum , et infamiam sapiunt ? Non risu digna „ mysteria sunt „ ? Eadem fere habet *loc. cit. p.* 47. Firmicus ita subiiciens „ Libet nunc explanare , quibus „ se signis , vel quibus symbolis in ipsis supersti„ tionibus miseranda hominum turba cognoscat . „ Habent enim propria signa , propria respon„ sa , qua illis in istis sacrilegiorum coetibus „ Diaboli tradidit disciplina . In quodam templo , „ ut in interiores partes homo moriturus possit „ admitti , dicit : de *tympano manducavi* , *de cymba-* „ *lo bibi* , *et religionis secreta perdidici* . Quod „ Graeco sermone dicitur : ἐκ τυμπάνȣ βέβρωκα , „ ἐκ κυμβάλȣ πέπωκα , γέγονα μυστικὸς „ . Quorum porro signorum seu mysteriorum significationem , in qua tradenda , et evolvenda totus est , dum eadem refellit , *loc. cit.* Clemens , eiusque commentator Gentianus Hervetus *To.* 2. *in fine p.* 9. *Col.* 1. , ad nos non pertinet hoc in loco pandere .

non constanter (1), plerumque tamen adjungere (2) consueverunt tintinnabula, idipsum in tympanis, quae in fictae illius Deorum Matris festis concutiebantur, factum fuisse coniicere fas est. Quippe quae cum hujusmodi festa,

(1) Bacchantes non raro tympanis quolibet tintinnabulo destitutis usas fuisse complura probant monumenta, inter quae commemorare sufficit ea, quae produnt, ac illustrant Gorius in *Thes. gemm. astr. Vol.* 2. *tab.* 116. *pp.* 150. *et* 151., Ennius Quirinus Vicecomes in *Mus. Pio-Clem. To.* 4. *tab.* 20. *p.* 44., *et tab.* 30. *p.* 60., et Phil. Aur. Vicecomes in *Mus. Chiaram. tab.* 34. *p.* 105. Tympanum autem his fuisse „ simbolo di quella insana concupiscenza, che accompagna il delirio della ebrietà „ autumat *L. cit. p.* 44. Ennius Vicecomes iis praesertim ductus Horatii versibus, quae leguntur *Od. l.* 1. *Od.* 19. *v.* 13. *et seqq.* scilicet

„ . . . tympana, quae subsequitur caecus
„ amor sui
„ Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,
„ Arcanique fides prodiga pellucidior vitro „.

(2) Bacchi Sacerdotes et Bacchantes tintinnabulis plerumque tympana illa circumdabant, quibus in Bacchi festis utebantur. Sed iisdem quandoque tintinnabulorum loco aereas quasdam adiiciebant lamellas, ut pandunt monumenta, quae recensent, et afferunt Bonarrotius *Osservaz. istor. sopra alcuni medaglioni antichi p.* 427. *et* 436., et Dominicus De Rubeis *Gemme antiche figurate P.* 3. *Fig.* 46., et Paulus Maffejus in eius expositione *pp.* 83. et 84.

perinde ac illa Bacchi a Curetibus (1)

(1) Nimis longum porro esset veterum omnium Auctorum loca hic afferre, qui de Curetum seu Corybantum saltationibus, atque strepitu in celebrandis Cybelis Festis loquuntur. Satis igitur sit unius vel alterius exscribere verba; qualis praesertim est Lucianus. ,, Οἱ Κόρυβαντες (ait in *Deor. Dial.*) δὲ ὁ μὲν αὐτῶν τέμνεται ξίφει τὸν πῆχον· ὁ δὲ ἐπιβομβεῖ τῷ τυμπάνῳ ἢ ἐπικτυπεῖ τῷ κυμβάλῳ καὶ ὅλως θόρυβος, καὶ μανία τα ἐν τὴ Ἴδῃ ἅπαντά ἐστι ,,. Nimirum ,, Corybantum verò alter secat gladio femur, alter vero strepit tympano, aut crepat cymbalo, et prorsus praeter tumultum, et furorem in Ida nihil est ,,. Strabo *Geograph. lib.* 10. ita subiicit ,, Οἱ παραδιδόντες τὰ Κρητικὰ, ϗ τὰ Φρύγια ἱερουργίαις τισὶν ἐμπεπλεγμένοι, ταῖς μὲν μυστικαῖς, ταῖς δ' ἄλλως περὶ τε τὴν τοῦ Διὸς παιδοτροφίαν τὴν ἐν τῇ Κρήτῃ τοὺς τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ὀργιασμοὺς ἐν τῇ Φρυγίᾳ, ϗ τοῖς περὶ τὴν Ἴδην τὴν Τρωικὴν τόποις. Τοσαύτη δ' ἐστὶν ἐν τοῖς λόγοις τούτοις ποικιλία τῶν μὲν τοὺς αὐτοὺς τοῖς Κούρησι τοὺς Κορύβαντας, ϗ Καβείρους, ϗ Ἰδαίους Δακτύλους, ϗ Τελχῖνας ἀποφανόντων· Τῶν δὲ συγγενεῖς ἀλλήλων ϗ μικρὰς τίνας αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς διαστελλόντων. ὡς δὲ τύπῳ εἰπεῖν, ϗ κατὰ τό πλέον, ἅπαντας ἐνθουσιαστικοὺς τινας, ϗ Βακχικοὺς, ϗ ἐνοπλίῳ κινήσει, μετὰ θορύβου, ϗ ψόφου κυμβάλων, ϗ τυμπάνων, ϗ οπλων, ἔτι δ' αὐλοῦ, ϗ βοῆς ἐκπλήττειν τοὺς κατὰ τὰς ἱερουργίας ἐν σχήματι διακόνων τε ϗ τα ἱερὰ τρόπον τινὰ κοινοποïεισθαι· ταῦτα τε ϗ τῶν Σαμοθρακῶν, ϗ τὰ ἐν Λήμνῳ, ϗ ἄλλα πλείω διὰ τὸ τοὺ προσπόλους λέγεσθαι τοὺς αυτοὺς ,,. Videlicet ,, Qui Cretenses res tradunt, Phrygiasque, ii quibusdam sacris ministeriis implicant Curetes cum arcanis, tum alias Jovis in Creta educatione puerili, et Matris Deum sacrificiis in Phrygia, ac locis circa Idam Trojae montem. Ingens est diversitas ista-

inter choreas, saltus, et cursus huc illuc dispersis, et insanorum instar vagantibus celebrarentur, eumdem, quem (1) Bacchanalia, postulabant strepitum ipso tintinnabulorum sonitu magis magisque adaugendum. Quod porro si fuisset, communis, et maximus tintinnabula seorsim non modo, ut paullo superius (2) ostendimus, sed ipsis tympanis adjuncta in sacro solemniter ineundo Cybelis cultu pulsandi, et adhibendi plane inferretur usus.

„ rum narrationum: alii eosdem cum Curetibus ponunt Corybantes, Cabiros, Idaeos, Dactylos, Telchines: alii cognatos inter se, et exilibus distinctos differentiis. Ut in summa dicam: ab omnibus furore quodam divino correpti, et bacchantes describuntur, qui armata saltatione cum tumultu, et strepitu, cymbalis, tympanis, armis, tibia, et clamore in sacrificiis perterreant homines sub ministrorum specie. Atque haec sacra quodammodo communia pleraque habere censentur cum Samothraciis, Lemniis, aliisque compluribus; ideo quod iidem omnium famuli perhibentur „.

(1) Maximo strepitu Bacchanalia celebrari ab Ethnicis consuevisse probant tum Livius *Hist. Rom. l.* 39. *c.* 8., cujus verba superius *pp.* 149. *et* 150. *Adnot.* 2. exscripsimus, tum Ovidius *Metam. l.* 3. *vv.* 528. *et seqq.*, *et l.*4. *v.* 30., tum vetera omnia monumenta, quae longum esset hoc in loco afferre.

(2) §. 27.

46. Ipsi etiam veteres Hebraei (1)

(1) In quo sita essent veterum Hebraeorum tympana, sacrae plane reticent litterae. Ea tamen duplicis fuisse speciei *majora* nimirum et *minora*, quae *manualia* etiam appellabantur, monent eruditi, „ Cymba„ lis resonantibus, Hebraei (ait Jo. Clericus in dissert. critica de *Poesi Hebraeorum* §. 10. apud Ugolinum *Thesauri Vol.* 31. *P.* 1. *Col.* 1019.) „ duo genera „ tsiltsel sive tympanorum aeneorum habebant, unum „ rotundum erat, ut nostra tympana, ut videtur, „ formatum. Alterum figurae erat ovalis ad latera „ perforatum, bacillis aeneis longioribus foramina per„ transientibus, qui, cum cymbala pulsarentur, in ca„ vitatibus suis libere moti sonum edebant. Hoc in„ strumentum vocabatur Sistrum „. Tum majora tum minora Hebraeorum tympana memorat, et recenset Salomon Van Til in opere inscripto *Cantus Poeseos, nec non sonandi facultas tum veterum tum praesertim Hebraeorum ex tenebris antiquitatum novae luci proposita P.* 1. *c.* 6. *apud eumdem Ugolinum Vol.* 32. *Col.* 273. *et* 274. Sed praestat hoc in loco ea excribere, quae hanc in rem habet Julius Bartoloccius „ „ Toph Tympanum (inquit in *Tract. de Musicis instrum. Hebr. apud citatum Ugolinum p.* 465. *Vol.* 32.) „ In„ strumentum est notum Chaldario simile, ex una „ parte planum et membrana clausum, quod baculo „ percutitur, et sonum reddit. De eo passim in sa„ cris litteris: Sed de illius forma nullum ex eis lumen „ habetur. Est aliud instrumentum mulieribus in Ita„ lia familiare, quo in cantilenis, et saltationibus „ utuntur. Tympanum, et cymbalum vocant. Circu„ lus ligneus est, membrana item ex una parte clau„ sus, qua digitis percussa, gratus auribus proebetur „ sonus. Non absimilia his fuisse puto illa, quibus „ post transitum maris rubri Hebraeorum mulieres cum

tympanorum usum proprio quasi quo·

„ Maria canticum Domino cecinerunt . *Exod.* 15. *v.* 20. „ Non enim verisimile est, mulieres classica tympana „ pulsasse, vel pulsare potuisse : unde credibile est, „ diversa, et multiplicia tympanorum genera in usu „ fuisse apud antiquos Hebraeos, alia majora adhi- „ bita in festis sacris, et a viris percussa ; alia mi- „ nora à mulieribus in aliis popularibus, et profanis „ laetitiis usurpata, ut videmus 1. *Sam.* 18. 6. mu- „ lieres ex omnibus urbibus egressas in occursum re- „ gis Saul in tympanis cantando cum laetitia „. Et majora certe tympana fuse lateque describenda R. Abraham David *in Comment.* de *templo c.*30.*col.* 396. *et seqq. Vol.* 9. *apud cit. Ugolinum* est aggressus. De veterum Hebraornm tympanis egit quoque Calmetus. Sed in *Diction. Sacrae Script. To.* 1. *Art. Tympanum* de iis nihil aliud ait, nisi eadem ab Hebracis appellari *Ttephe*, atque hoc „ nomine omnia aeque tympana designata „ se censere. In Dissert. autem in *Musica instrumenta Hebr.* praemissa *Comment. in Psalmos Comment. Sacr. Sript. To.* 4. *p.* 74. haec habet „ neque in ullis solem- „ nibus caeremoniis deest (tympanum) , ubi fere „ à puellis, et foeminis pulsatur : nulla ejus in proe- „ liis mentio est. Unde facilis ducitur conjectura, „ aliud fuisse à tympano nostrae aetatis, ut potius „ laetis quibusque festis, choreis, et religionis caere- „ moniis congrueret. Haec omnia satis conveniunt „ tympano veteri aeque ac cymbalis nostrae aetatis, „ quae nimirum in cribri modum subtentam habent „ fasciae cujusdam ligneae pellem . , . . Non abs re „ suspicor, *tuph* sive *tympanum* vetus Hebraeorum ad „ parva illa tympana accessisse, quae adhuc apud „ Turcas, et Arabes in bellis et publicis solemniis „ obtinent „. Hebraeos ab Aegyptiis sua traxisse tympana putat Auctor ex *Schilte haggiborim*, cujus affert

dam sibi vindicabant jure, quemadmodum Isaias (1), et Jeremias (2) luculenter innuunt, ac eum (3) à mulieribus praesertim iniri solitum, non quidem in bello, sed pro divino praesertim honorando, et praedicando Numine, veluti ex pluribus Job (4), ac Psalmorum (5) eruitur locis, eique gratiis peculiaris alicujus beneficii caussa reddendis, perinde ut (6) Maria Prophetissa, caeteraeque mulieres Hebraeae peraegerunt, simul ac Pharaone, exercituque suo merso, Moses cum universo Israelitico populo mare rubrum sicco pede feliciter pertransiit, et (7) Judith,

verba Athanasius Kircherus in *Musurgia cap.* 4. §. 2. *num.* 1. *apud cit. Ugolinum Col.* 363. *et* 364. *Vol.* 32. . Nulla quidem tympanorum apud Hebraeos usus mentio in sacris litteris fit, antequam ii ex Aegypto migrarent. Sed cum singulos eorum eaedem constanter persequutae non fuerint usus, fieri fortasse potuit, ut ante ipsam Aegyptiacam captivitatem ab Hebraeis tympana pulsarentur.

(1) *C.* 5. *v.* 12., *et C.* 30. *v.* 32.

(2) *Cap.* 31. *v.* 11. (3) *Psalm.* 67. *v.* 26.

(4) *C.* 21. *v.* 12

(5) *Ps.* 149. *v.* 3., *et Psalm.* 150. *v.* 4.

(6) *Exodi C.* 15. *v.* 20.

(7) *Judith. C.* 16. *v.* 2.

Holopherne devicto, Domino Canticum canens, idem in tympanis incipi ab Hebraeis voluit, ac (1) in sacris demum suis celebrandis solemnitatibus. Quamobrem tympana pulsabantur, quoties (2) reduceretur arca Domini. Eorumdem quoque sonus magnum quoddam erat (3) apud eos laetitiae indicium. Qua de re (4) Jephte, hostibus devictis, domum revertenti filia sua cum tympanis obvia facta est, aeque ac (5) post victoriam a David de Philistaeo relatam omnes mulieres egressae in occursum iverunt Saul; et (6) filiis Jambri recenter desponsatis cum tympanis facta est obviam itio. Veneratio demum tympanis quando-

(1) Id praesertim animadvertit Calmetus tum in *Dissertat. in Musica Instrumenta Hebraeorum praemissa Commentario in Psalmos To. 4. Commentar. in S. Script.*, *tum in Diction. S. Script. Art. Tympanum*.

(2) *Regum l.* 2. *C.* 6. *v.* 5., *et Paralipom. C.* 13. *v.* 6.

(3) *Genes. C.* 31. *v.* 27., *et Isaiae C.* 24. *v.* 8., *Machab. l.* 1. *C.* 9. *v.* 39.

(4) *Judic. C.* 11. *v.* 34.

(5) *Regum l.* 1. *C.* 18. *v.* 6.

(6) *Machab. lib.* 1. *C.* 9. *vv.* 37. 38. *et* 39.

que innuebatur, eorumdemque proinde sonus pollicetur (1) Sauli a Samuele in regem inuncto ; ac ita (2) ob metum exceptus undique fuit Holophernes veniens cum exercitu suo .

47. Cymbala (3) similiter apud eosdem , si Calmeto (4) sit fidendum , a puellis , ut festos agerent , et celebrarent dies , ac (5) a Levitis in templo pulsabantur, sive cum in eo (6) caneren-

(1) *Regum l.* 1. *C.* 10. *v.* 5.

(2) *Judith C.* 3. *v.* 10.

(3) Narrat Josephus *Antiquit. l.* 7. *C.* 10. ab ipso Davide plura , eaque amplissima et latissima conflata ex aere cymbala fuisse .

(4) *Comment. in Sacram Script.* To. 6. in *Comment. in Jeremiam C.* 31. *ad v.* 4. ac praesertim ad ea verba *Adhuc ornaberis tympanis tuis* ,, cymbalis (subdit *pag.* 165. *Edit. Lat. Lucensis anni* 1735.) ,, quodam tympani genere , quod puellae festis die- ,, bus pulsabant ,, . In cuius rei confirmationem idem memorat *Exodi* 15. *v.* 20., *Judicum* 11. *v.* 34. , *Judith* 3. *v.* 10. , *libri* 1. *Machab. C.* 9. *v.* 39. loca , quae tamen nonnisi de tympanis aperte loquuntur , et ad cymbala referri non posse videntur . nisi haec etiam illorum appellatione comprehendantur , quae porro , forma inspecta , mutuo distinguuntur .

(5) *Paralipom. l.* 2. *C.* 29. *v.* 25. , *et Esdrae l.* 1. *C.* 3. *v.* 10.

(6) *Paralipom. l.* 1. *C.* 15. *v.* 19. , *et C.* 25. *v.* 6.

tur, et (1) Dei celebrarentur laudes, sive cum arca Domini (2) portaretur, aut (3) reduceretur; sive (4) cum solemne qsoddam sacrificium, aut (5) dedicatio fieret; sive cum (6) gratiae Deo essent solemniter reddendae; sive aliquando etiam cum (7) prophetaretur, sive cum (8) magna quaedam exterius manifestanda esset laetitia; (9) omnibus tandem festis diebus.

48. Hebraeorum vero tympanis, atque cymbalis utrum tintinnabula inessent nec ne, sacro silente textu, definire non licet. Qui tamen quoniam nullam eorum configurationis iniecit mentionem, ita et ipsam tintinnabulo-

(1) *Esdrae loco cit.*, *et Psalm.* 150, *v.* 4.

(2) *Paralipom. l.* 1. *C.* 15. *vv.* 16. *et* 28., *C.* 16. *vv.* 5. *et* 42., *et l.* 2. *C.* 5. *v.* 13.

(3) *Regum l.* 2. *C.* 6. *v.* 5., *et Paralipom. l.* 1. *C.* 13. *v.* 8.

(4) *Machab. l.* 1. *C.* 4. *v.* 54.

(5) *Esdrae l.* 2. *C.* 12. *v.* 27.

(6) *Judith C.* 16. *v.* 2.

(7) *Paralipom. l.* 1. *C.* 25. *v.* 1.

(8) *Ibidem C.* 15. *v.* 16., *et Esdrae l.* 2. *C.* 12. *v.* 27.

(9) *Psalm.* 150. *v.* 5., *et Machab. l.* 1. *C.* 13. *v.* 51.

L 2

rum adjectionem reticitam ab ea fuisse inferri quodammodo valet . Quo casu tunc , si conjecturae aliquis dandus sit locus , aeque ac aliis caeterarum gentium , et ipsis quoque veterum Hebraeorum saltem tympanis (cymbala enim veteres hujusmodi sonoris instrumentis instruere consuevisse non constat) tintinnabula inhaesisse , perinde ac censet , atque asserit (1) Salomon Van-Til , solo quodam analogiae argumento coniici posse videtur .

49. Sunt qui et in (2) sistris tintinnabu'a locum antiquitus habuisse censeat , cuiusmodi praesertim fuit Hoffmannus (3) haec ab illorum oris pendere consuevisse arbitratus . Sed quoniam , veluti eum refellens recte animad-

(1) *Loc. et pagg. cit.* ubi , tum majoribus , tum minoribus recensitis Hebraeorum tympanis , ita subiicit ,, Horum circumferentiae campanulae , vel annuli ,, sunt affixi ,, .

(2) De Sistris , eorumque origine consulendus est Gerbertus *de Cantu et Mus. sacra l.* 3. *C.* 3. §. 10. *To.* 2.

(3) Ad illud *Persii sat.* 5. *v.* 185.

,, Cum sistro lusca Sacerdos ,, .

,, Forma eius (scilicet Sistri ait) ovalis et manu- ,, briata , circa oras tintinnabula pendentia habet ,, .

vertit Begerus (1), hactenus observata in sistris tintinnabula non sunt, id lubitu suo duntaxat Hoffmannum asseruisse, atque idcirco eum vehementer errasse clare, ac evidenter apparet.

50. Fortasse Dianae cultui addictum erat tintinnabulum illud, quod inter antiqua rudera repertum, ac inde tandem eductum nunc adhuc in Museo Kircheriano extat, et cui haec Graeca litteris Latinis in gyrum insculpta licet aliquantulum ob rubiginem deleta leguntur scilicet

CHOUS ARTEMIS ERHISTION
AIR MENI

Quae Graece scribenda fuissent.

χοῦς, Α'ρτεμις, ἡφαίστιον, ἀὴρ μένει.

ac Latine redduntur.

Terra, Diana, Ignis, Aer manet.

51. His quidem ex Bonnanno, qui (2) hoc idem (3) affert, ac (4) il-

(1) *Loc. cit. pagg.* 399. *et* 400. *sub tit. Sistrum.*
(2) *In Musaeo Kircheriano Romae* 1709. *in fol.*
(3) *Ibid. Tab.* 58.
(4) *Ibid. in Classe* 5. *p.* 178.

lustrat tintinnabulum „ quatuor Ele- „ mentorum perpetuitas significatur „: Ac licet aperte profiteatur „ cur de „ illis mentio in tintinnabulis facta fue- „ rit , difficile divinare „ tamen , ve- „ luti subiicit „ fortasse subintelligi „ potuit , æris agitationem , et sonitum „ a pulsatione editum statim evanesce- „ re , aerem vero sicut caetera elemen- „ ta semper permanere , nec ulla alte- „ ratione destrui unquam posse , ut „ philosophi docent „ . Sed nihil de huius tintinnabuli usu adiicit Bonannus, nisi ad choreas , et ludos Baccho sacros , quos immediate memorat , forsitan eumdem referat, qui tamen caetera paullo ante (1) a semetipso allata et explicata (2) spectare potest tintinnabula. Ast

(1) *Ibidem* .

(2) Antequam huius , de quo res est , tintinnabuli Bonannus *loc.* cit. aggrediatur recensionem , et illustrationem , alia nonnulla generatim memorat in eodem Museo Kircheriano existentia tintinnabula . Et quoniam illa eadem nostri huius tintinnabuli subiecta descriptione , ac illustratione , adjungit „ Inserviisse „ etiam haec in choreis , et ludis Baccho sacris ratio „ suadet „ ad genericam tintinnabulorum potius , quam ad illam huiusce nostri usum Bonannus respicere voluisse videtur .

quoniam non satis intelligitur, veluti recte observat Montfauconus (1), cur Diana in eo posita sit pro aqua, ne frustra ejus nomen adhibitum tunc fuisse asseram, quod ab omni plane abest verisimilitudine, Dianae dedicatum, ejusdemque cultui nostrum hoc tintinnabulum quodammodo inserviisse coniici posse mihi videtur.

52. Winckelmannus (2), cujus verba exscripserunt Auctores *Encyclopediae Methodicae Parisiensis* (3) ea in

(1) *L'Antiquité expliquée To. 3. P. 1. l. 3. C. 5. §. 2. pag.* 106.

(2) *Description des Pierres gravées du feu Baron de Stosch par M. Winckelmann. A Florence* 1760. *seconde classe. Mythologie sacrée n.* 1855. *pag.* 306. *Cornaline* „ Un sacrifice au Dieu Pan, ou à Priape, „ (inquit) ou un jeune homme tient un Boue ou „ une chèvre pour l' immoler sur un Autel, une au- „ tre figure drappée, qui est vis-à-vis du premier joue „ des deux flutes, et derriere celle-ci une femme of- „ fre des fruits sur un Plat. Ce sacrifice se fait au- „ près d' une colonne avec un' Aedicula dessus, a' „ coté d'un arbre, au quel est suspendu un *Tintinna-* „ *bulum*, comme on le trouve sur plusieurs (*Bellori* „ *Admir. Rom. Tab. XLIV.*, *Eiusdem sepulcr. fig. XIII.*, „ *Beger. Thesaur. Brand. T.* 1. p. 224., *Murat. Inscript.* „ *p.* 96.) monuments „.

(3) *Encyclopedie Methodique. Antiquites. To. 5. Art.*

parte, quae *Antiquitates* respicit, affert monumentum Sardae vulgo Carneoalae incisum, quod olim fuit apud Baronem de Stosch, ubi repraesentatur sacrificium oblatum Deo Pani, seu Priapo. In eo nanque juvenis quidam hircum, seu capram tenet, ut eam tandem super aram immolet, contra quem adstat alia figura vestibus induta duas sonans tibias, ac post eum mulier affert fructus in patina positos. Hoc sacrificium fit prope columnam, cui aedicula inest ad latus arboris, ex quo pendere asserit tintinnabulum, perinde ac simile quid appensum intueri adiicit in pluribus aliis monumentis, ubi hujusmodi repraesentantur sacrificia, et quae (1) afferunt Bellorius, Begerus, et Muratorius.

53. Ipse autem Winckelmannus (2),

Tintinnabulum Votum pag. 251. *Edit. Patavinae an.* 1796.

(1) *Locis cit.* a Winckelmanno, ut *p.* 167. *Adnot.* 2.

(2) *Ibidem pagg.* 306. *et* 307. „ Peut être (subiicit) aussi, que ce qui paroit être un tel in„ strument, ce sont des voeux, c' est a dire des „ Tablettes, que l'on attachoit aux arbres avec des „ rubans et des guirlandes; c'est ce qui exprime„ roient les Points, qu' on y voit aux cotês, ainsi

ac ex eo Auctores Encyclopediae (1), quasi semetipsum corrigens, anceps haeret, utrum illud, quod ita esse sibi paullo ante visum fuerat, tintinnabulum reapse sit, vel aliud quodlibet instrumentum, votum scilicet, aut votiva tabella fasciolae, seu serti ope arbori appendi solita.

54. Ac ea deinde illis aliis, quae a memoratis afferuntur auctoribus, monumentis inhaerentia conspiciuntur, vel cymbala, vel tympana, vel crumenae arboribus appensae potius, quam tintinnabula sunt. Totidem nanque tympana mihi esse plane videntur illa, quae similiter ex

,, que Ovide(*Met.l.*8.*vv.*753.*et seqq.*)en fait la description
,, Stabat in his ingens annoso robore quercus
,, Vna nemus :- vitae mediam, memoresque
,, tabellae
,, Sertaque cingebant, voti argumenta potentis.
,, Et apres tout les arbres mêmes etoient consacrés aux
,, Dieux, et les jeunes filles de Sparte (*Theocr.Idyl.* 18. *v.*
,, 45.*seq.*,)dedierent un arbre a Helene.Ceux qui jouoient
,, des flutes pendant les sacrifices, etoient appelles (Suid.
,, V.*βωμόλοχος*) *βωμόλοχοι*,et puisque c'etoient souvent
,, des personnes facetieuses, cette même parole si-
,, gnifioit aussi un homme, qui cerche à divertir
,, les autres par ses bouffoneries ,, .

(1) *Loc. et p. cit.*

arboribus pendentia tum (1) in quodam sepulcrali monumento, tum (2) in rotunda ara marmorea Bacchi scenam et chorum satyricum repraesentante aere impressa sunt a Bellorio vulgata. Crumena tanquam indicium lucri Palladi oblata existimari debet, non quidem tintinnabulum ea, quae item arbori appensa ex veteri gemma expressa refertur (3) a Begero. Atque cymbala demum

(1) In opere inscripto *Veterum sepulcra, seu Mausolea Romanorum et Etruscorum inventa in urbe Roma, aliisque locis celebribus, in quibus multa ad eruditionem monumenta continentur, collecta et delineata a Petro Sanctio Bartolio cum explicationibus Jo. Petri Bellorii. Ex Italico in Latinum sermonem transtulit Alexander Dukerus. fig. XIII. et pp.* 14. *et* 15. *Edit. Lugd. Batav.* apud Gronovium *in Thes. Graec. Antiqu. Vol.* 12.

(2) In alio opere, cui titulus *Admiranda Romanarum Antiquitatum ac veteris sculpturae vestigia anaglyphico opere elaborata. Romae* 1693. *Tab. XLIV.*

(3) In *Thesauro Electorali Brandeburgico selecto sive gemmarum et numismatum Graecorum To.* 2. *pp.* 224. *et* 225. ubi ex veteri gemma expressum refertur „ Sacrum (veluti habet titulus ipse) „ Palladi „ artium inventrici oblatum „. In eodem explicando et interpretando ita subiicit Begerus *p.* 225. „ Id quod „ crumenae instar (inquit) ab arbore dependet, ego „ non ὄρχιν, sed omnino crumenam lucri indicem ar„ bitrer, sive glomus in ea sit, sive pecunia nendo „ collecta. Nosti Archaeophile, Palladem uti artium

esse putat Muratorius duo illa instrumenta ex arbore pinus successive pendentia coram imagini Dii Panis sedentis dextera sua manu fistulam, et sinistra pedum sive clavum tenentis. Quod porro marmoreum monumentum aram ei dicatam repraesentans, ac Hispelli non quidem in Sabinis sed in Umbria situm ex Ligorio haustum idem affert Muratorius (1), ac ante eum Donius, sive Gorius (2), qui postremus licet etiam eadem esse asseruerit (3) cymbala, subiicit (4) tamen, se non re-

„ caeterarum, ita et textoriae, et Lanificii inventri-
„ cem esse. Quid igitur mirum, si foemina artis
„ quaestum Deae offerens hic agnoscatur? Crumena
„ opinionis basim suggerit; Talem enim, qualis hic
„ ab arbore dependet, in Foro Palladio inter Admi-
„ randa Romanae statuariae non semel videas. Ce-
„ leberrimus Bellorius et ipse crumenam interpreta-
„ tur, affictamque ob quaestum censet procul dubio,
„ quem nendo puellae paraverunt „.

(1) *In novo Thesauro veterum Inscriptionum To. I. p. 96. Ed. Mediolan. an. 1739.*

(2) In opere inscripto *Jo. Baptistae Donii Inscriptiones antiquae nunc primum editae, notisque illustratae, et XXVI. indicibus auctae ab Ant. Francisco Gorio &c. Florentiae an. 1731. Tab. IV. n. III. ante pag. 21.*

(3) *Ibidem p. XLVIII.* (4) *Ibid. pag. XLIX.*

pugnare illi, qui ea totidem potius tintinnabula, quam cymbala esse putaverit; ac reapse tintinnabula, sive potius crotala esse alibi (1) disserte tradit. Caeterum Deo Pani tintinnabula in eius cultu ita convenire veteres autumarunt Hetrusci, ut ii, quemadmodum antiquo praesertim monumento ductus idem coniicit Gorius (2), haec in bacchanalibus adhiberi solita fuisse ab eo inventa crediderint. „ Nam idem Pan (ut „ subiicit (3)) pro emblemate sculptus „ in manubrio aereo, ut puto, alicuius „ vasculi, quod extat in Medicea anti- „ quarum elegantiarum suppellectile, „ tintinnabulum quasi a se repertum „ indicat sinistrae manus digito. Ne- „ que id absurdum videbitur his, qui „ descriptionem legerunt magnificentis- „ simi sepulcri Porsennae Regis Hetru- „ riae apud Plinium (4), in cuius fasti- „ gio singulis quinque quadratis pyra-

(1) *In Museo Etrusco Classi* 1. *Vol.* 2. *p.* 150.

(2) *Ibid. p.* 149.

(3) *Ibid. et p.* 150.

(4) Consulatur *Cap.* 3. huius nostri operis §§. 1. et 2.

„ midibus, orbis aheneus, et petasus
„ unus erat impositus: e quo pendebant
„ excepta catenis tintinnabula, quae
„ vento agitata longe sonitus referrent,
„ ut Dodonae olim factum. Igitur ma-
„ nifestum est, Hetruscis cognitum fuis-
„ se antiquissimum tintinnabulorum
„ usum. In ara marmorea, quam pro-
„ tuli, et illustravi inter Donianas In-
„ scriptiones (1), ante imaginem ejus-
„ dem Panos sedentis, in pinu suspensa
„ sunt duo tintinnabula, vel etiam, si
„ mavis, crotala, quae hanc meam con-
„ jecturam in hoc aereo signo expli-
„ cando confirmant. Neque vero lam-
„ padem esse puto; quamvis sciam ei
„ convenire posse, quod Solis imago
„ sit, atque in ejus honorem lampa-
„ dum certamina fuerint instituta ac
„ celebrata, ut auctor est Libanius (2):
„ qua etiam ferunt, panicos terrores
„ Bacchi asseclis ab exercitu Indorum
„ noctu immissos discussisse; nam alia
„ figura ac symmetria lampades vel

(1) *Locis cit.*
(2) *Declamatione XIV.*

„ pictas, vel sculptas observavi in
„ antiquis Hetruscorum monumentis;
„ quare potius tintinnabulum referre
„ crediderim: quod idem Deus, ut dixi,
„ manu indicat, quasi se illud reperis-
„ se in usum Bacchanaliorum glorietur„.
„ Fuit enim Pan (sicut alibi ait (1))
„ Bacchi comes, eiusque chori ductor,
„ musices studiosissimus, et saltatorum
„ inter satyros agillimus, uti apud Lu-
„ cianum (2)„.

55. Romanos item tintinnabula in templis quandoque adhibuisse, res est indubia. Celebre siquidem est Jovis Capitolini templum, quod ei Augustus
„ consecravit (ait Svetonius (3)) libe-
„ ratus periculo cum expeditione Canta-
„ brica itineris nocturni tempore lecticam
„ ejus fulgur perstrinxisset, servumque
„ praelucentem exanimasset„. Hujus itaque aedis sacrae fastigium (4) tintinna-

(1) *In Not. ad inscript. Donii loc. cit. p. XLVIII.*

(2) *In Bis accusato To. 2., et in Dial. Panos et Mercurii To. 2.*

(3) *De XII. Caesaribus l. 2. in Octavio Augusto C. 29. p. 135. Edit. Paris. an. 1684, ad usum Delphini.*

(4) Quidnam sit hoc fastigium, quod Augustus tintinna-

bulis deinde idem Augustus redimivit. Etenim „ cum dedicatam (narrat idem „ Svetonius (1)) in Capitolio aedem „ Tonanti Jovi assidue frequentaret „ (Augustus), somniavit queri Capito- „ linum Jovem cultores sibi abduci, „ seque respondisse : Tonantem pro „ Janitore ei appositum. Ideoque mox „ tintinnabulis fastigium aedis redimi- „ vit, quod ea fere januis depende- „ bant „.

56. Sed adiicit praeterea Dio (2),

bulis redimivit, a nobis fuse lateque traditur in *Appendice C.* 2. §. 7.

(1) *Ibidem C.* 91. *p.* 220.

(2) Cassius Dio Coccejanus *Historiae Rom. l.* 54. §. 4. *p.* 733. *To.* I. *Edit. Hamburgensis an.* 1750. *cum notis Var.* „ Τότε δ' οὖν ϗ τὴν Κύπρον ϗ τὴν Γαλατίαν την Ναρβωνησίαν ἀπέδωκε τῷ δήμῳ ὡς μηδὲν τῶν ὅπλων αὐτοῦ δεομένας· ϗ οὕτως ἀνθύπατοι ϗ ἐς ἐκεῖνα τὰ ἔθνη πέμπεσθαι ἤρξαντο· Καὶ τὸν τοῦ Διός τοῦ Βροντῶντος ἐπικαλουμένου ναον καθιέρωσε· περὶ οὗ δύο ταῦτα παραδέδοται, ὅτι τότε τε ἐν τῇ ἱερουργίᾳ· βρονταὶ ἐγένοντο, ϗ μετὰ ταῦτα ὄναρ τῷ Αὐγούστῳ τοιόνδε ἐπέστη. Τῶν γὰρ ανθρώπων, τὸ μὲν τι, πρός τὸ ξένον, ϗ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ϗ τοῦ εἴδους, τὸ δὲ ϗ, ὅτι ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου ἵδρυτο, μέγιστον δὲ ὅτι πρώτῳ οἱ ἀνιόντες ἐς τὸ Καπιτώλιον ἐνετύγχανον, προσερχομένων τε αὐτῷ ϗ σεβέντων, ἔδοξε τὸν Δία τὸν ἐν τῷ μεγάλῳ ναῷ ὄντα, ὀργὴν ὡς ϗ τὰ δεύτερα αὐτοῦ φερόμενον ποιεῖσθαι, ϗ ἐκ

id ipso mane ab Augusto peractum fuisse . Etenim ait ,, Augustus orto ,, die tintinnabulum (1) Jovi Tonan-

τȣ́τȣ ἐκείνῳ τε εἰπεῖν , (ὡς ἔλεγεν) ὅτι προφύλακα τὸν Βροντῶνοα ἔχοι · ϗ ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο , κώδωνα αὐτῷ περιῆψε , βεβαιῶν τὴν ὀνείρωξιν . Οἱ γὰρ τας συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες , κωδωνοφορȣ̃σιν , ὅπως σημαίνειν σφίσιν ὁπόταν βȣλῆθῶσι δύνωνται . Ἐν μὲν δὴ τῇ Ῥώμῃ ταῦτ᾽ ἐγίγνετο ,, . Nimirum ,, Eo ,, tempore Cyprum ac Galliam Narbonensem , quia ,, nihil armis suis indigèrent , populo reddidit : atque ,, ita proconsules etiam in istas provincias mitti coe- ,, perunt . Iovis etiam Tonantis templum dedicavit . ,, De qua re duo haec commemorantur , et in ipso ,, tunc sacrificio tonitrua extitisse , et somnium dein- ,, de Augusto tale oblatum . Quum propter nominis , ,, ac formae eius Jovis novitatem , et quod ab Au- ,, gusto is consecratus esset , maximè autem , quod ,, adscendentes in Capitolium , ad eum primo per- ,, veniebant , ab omnibus Jupiter Tonans frequentare- ,, tur , ac coleretur : imaginatus est in somnis Au- ,, gustus , Jovem Capitolinum secum expostulare , quod ,, secundò jam ipse loco haberetur , seque respon- ,, disse excubitorem hunc Tonantem ei Capitolino à ,, se esse positum ; ideoque orta die , tintinnabula ,, Jovi Tonanti appendit , somnii confirmandi causa . ,, Nam qui noctu vicinas invicem domos (*seu vicos* , ut vertit Lipsius de *milit. Roman. l.* 5. *Dial.* 9. *Opp. To.* 3. *p.* 176. *edit. Antuerp. an.* 1637.) ,, custodiunt , ,, tintinnabula gerunt , ut alter alteri , quoties visum ,, est , signum dare possit . Haec tum Romae acta ,, .

(1) Sic porro cum Svetonio Dionem conciliat Isaacus Casaubonus in *Notis* ad Svetonium in *l.* 2. *p.*115. Editionis Parisiensis anni 1610. *N.* 36. ad ea verba

ti (1) appendit „. Quod fortasse fecit

Tintinnabulis fastigium ejus redimivit „ Dio simpli-
„ citer (inquit) κώδωνα αὐτῷ περιῆψε, nempe Jovi
„ Capitolino. Sed puto legendum κώδωνας. Rem ocu-
„ lis subiiciunt veteres nummi, qui hodieque extant,
„ et à doctis viris sunt expressi „. Qua de re ver-
bum illud κωδωνωφορεῖσιν, deinceps a Dione adhibi-
bitum perperam exscribit Lipsius de *Milit. Rom. seu dial.* 5. *Opp. To.* 3. *pag.* 177. κώδωνι χρῶνται, per-
peramque idcirco vertit *tintinnabulo utuntur*.

(1) Casaubonus non Jovi Tonanti, sed Capito-
lino tintinnabula haec ab Augusto appensa autumat.
Sed Casaubonum refutat Franciscus Sweertius in No-
tis ad Magium p 97., quod dixerit tintinnabulum
illud à Dione memoratum fuisse appensum *Jovi Tonanti*;
ipse autem putat dicendum potius fuisse *Jovi Capitolino*.
Sic enim ait „ Dio simpliciter κώδωνα αὐτῷ περιῆ-
„ ψε, nempe *Jovi Capitolino*, ait doctissimus Casau-
„ bonus in Animadversionibus ad Svetonium, imo
„ *Jovi Tonanti*, ut clare Svetonius, et res ipsa exi-
„ git. Nam si *Juppiter Tonans* est janitor Capitolini,
„ et tintinnabula januis fere dependebant, aestimata
„ est aedes *Tonantis* januae loco respectu *Capitolini* „.
Sweertium sequutus est Augustinus Babelonius in Notis
ad d. Svetonii locum N. 8. ad verbum *tintinnabulis*
p. 220. d. Edit. Paris. anni 1684. „ Sensus est (in-
„ quit) Augustum, ut janitoris loco prorsus esset,
„ Jovi Capitolino Jupiter Tonans, huius aedium fa-
„ stigio imposuisse tintinnabula, quae suo sono, et
„ janitoris et Tonantis etiam forte speciem praeberent
„ aliquam „. In sententiam Casauboni certe discessit
Hermannus Samuel Reimarus. Ipse enim in Notis ad
Dionem *p.* 733. §. 82. (l. 13.) ad ea verba Διός τῦ
Βροντῶντος ναὸν *allatis* Svetonii verbis nuper exscriptis,
ita concludit „Hinc apparet, falli virum doctum Petrum Fa-

Augustus, ut interim Jovis mandata, et desideria impleret, donec alia tintinnabula solemniter eidem templo apponeret. Secus nanque Dio cum Svetonio non conveniret; idque ipsa etiam ratio nobis suadere videtur; nisi fortasse in allato Dionis loco non *tintinnabulum*, sed *tintinnabula* legendum sit, ut contendit Casaubonus (1).

57. Qui sane mos novus non erat, nec primum tunc invectus ab Augusto fuit. Idipsum enim Hebraei jampridem consueverant, apud quos Salomon praesertim sacrae illius, et celebratissimae Hierosolymitanae aedis fastigium, teste Eusebio (2), quadringentis cinxit tintin-

„ brum, qui *III. Semestrium p.* 61, eumdem cum To„ nante putat Jovem Capitolinum, qui gerit fulmina „ (apud Minucium Felicem *c.* 21.) sive Fulminatorem, „ de quo Arnobius *lib. VI. p.* 207. Nam distinguendos „ esse, pulchre notavit Justus Rycquius de Capitolio „ c. 20., ubi et c. 39. p. 456. templum Iovis Tonantis „ in numo „. Verum ego arbitror, si quid in tanta virorum eruditorum dissensione definire licet, veriorem esse Sweertii, et Babelonii sententiam; cum ei, ut patet, apertissime faveant ipsa Svetonii, et Dionis testimonia.

(1) Consuli debet *superior Adnotatio*.

(2) *Suron in Epist. ad Salomonem apud Eusebium Praeparat. Evang. l.* 9. *sub C.* 4. *n.* 34. *p.* 449. *Edit.*

nabulis, quae adeo invicem coniunxit, et catenis quibusdam appendit, ut, his commotis, illa etiam vehementer resonarent, tinnituque suo volucres adeo exterrerent, ut, si qui eo advenissent, illico fugarentur, atque hac aptissima ratione et nidos in superioribus valvarum, ac porticuum partibus construere, templumque ipsum sordibus inficere iisdem interdiceretur.

58. Aeris quoque sonitu Cerealia

Paris. anni 1628. Hierosolymitanum describens Templum (ait) „ Ποιῆσαι δὲ ϗ δακτυλίους δύο χαλκοῦς ἁλυσιδωτοὺς, καὶ στῆσαι αὐτοὺς ἐπὶ μηχανημάτων ὑπερεχόντων τῷ ὕψει τὸν ναὸν, πήχεις κʹ, ϗ σκιάζειν ἐπανώ παντὸς τοῦ Ἱεροῦ· Καὶ προσκρεμάσαι ἑκάστῃ δικτύϊ, κώδωνας χαλκοῦς ταλαντιαίους τετρακοσίους· Καὶ ποιῆσαι ὅλας τὰς δικτύας, πρὸς τὸ ψοφεῖν τοὺς κώδωνας, ϗ ἀποσοβεῖν τὰ ὄρνεα, ὅπως μὴ καθίζῃ ἐπὶ τοῦ Ἱεροῦ, μηδὲ νοσσεύῃ ἐπὶ τοῖς φατνώμασι τῶν πυλῶν ϗ στοῶν, ϗ μολυνῇ τοῖς ἀποπατήμασι τὸ Ἱερὸν „. Nimirum „. „ Postremo annulos ex aere geminos catenis implicitos, machinis quibusdam supra templi fastigium „ viginti cubitis extantibus imposuit, quorum umbra „ in totum desuper culmen incumberet: èque singulis retibus seu catenis aenea tintinnabula, talenti „ pondo, quadringenta suspendit, quae catenis commotis impulsa tinnitu, ac strepitu volucres abigerent, nè vel insiderent templo, vel nidos in „ valvarum aut porticuum tabulatis construerent, „ aedemque sacram sordibus inquinarent „.

sacra Romani, perinde ac Graeci, quemadmodum perhibent Livius (1), et Paterculus (2), noctu celebrare consueverunt.

59. In caeteris praeterea suis so-

(1) *Hist. Rom. lib.* 27. ,, Aedileis Plebis (inquit) ,, Q. Cajus et L. Portius Licinius ex multatitio argento ,, signa aenea ad Cereris sacra dedere ,,.

(2) *Hist. Rom. l.* 1. *c.* 4. ,, Nec multo post Chal- ,, cidenses orti, ut praediximus, Atticis, Hippocle, ,, et Megasthene ducibus, Cumas in Italia condide- ,, runt. Hujus classis cursum esse directum alii co- ,, lumbae antecedentis volatu ferunt, alii nocturno ,, aeris sono, qualis Cerealibus sacris fieri solet ,,. Hunc Paterculi porro locum de Graecis intelligendum esse, veluti ex ipsis ejusdem clare aperteque patet verbis, tum Schegkius, tum Popma, tum Boeclerus in *Not. ad cit. Paterc. l. et c. pp.* 29. *et* 30. *edit. Lugd. Batav. anni* 1744. *cum not. var.* merito contendunt et asserunt. Paterculus ,, intelligit (inquit *ibid. pag.* 30. ,, Popma) Graecorum sacra Cerealia Δημήτρια nuncu- ,, pata, in quibus Sacerdos instrumento aeneo, ἠχεῖον ,, dicto, excitare sonum solebat: sicut Syriae Deae ,, Sacerdos sacra faciens inclamabat, atque aeneum ,, tintinnabulum pulsabat, ut verbis tinnitus socia- ,, retur, teste Luciano *de mercede conductis*; *Myste-* ,, *ria*, *initia*, *initiorum sacra*, *noctes initiorum*, ,, (quae ab Atheniensibus Cereri celebrabantur) in- ,, telligit (veluti subiicit *ibid.* immediate Boeclerus). ,, Aeris sonus in sacris non inusitatus: itaque addit ,, *nocturni* epitheton: ut ad Cerealia, quae nocte cele- ,, brata, restringatur. Tangit hunc aeris clangorem, ,, et matronarum celebrantium clamorem Justinus 11. ,, 8. 2. ,,.

lemniter colendis Numinibus eodem plane constanter usi omnes Ethnici sunt. Praeclare, atque apposite Lipsius. „ Non quia aes pulsum in Cerealibus tan-
„ tum sacris (inquit (1)); id falsum
„ et ecce
„ Cymbala Thebano concrepuere Deo „
„ Item
„ Nocte sonat Rhodope tinnitibus
„ aeris acuti.
„ Ut omittam Isidis et Aegyptiaca sa-
„ cra cum suis sistris, Arnobius, etiam
„ universe: *Vos aeris tinnitibus, et*
„ *tibiarum sonis persuasum habetis,*
„ *Deos delectari, et affici* „. Quamobrem, tum cum de sono aeris disserens Paterculus (2) Cerealia duntaxat memorat, id non fit, quod ad haec tantum eum redigat: caeterorum nanque, ac praesertim vetustiorum auctorum testimoniis, probatissimisque idem tunc refelleretur monumentis; sed quia, velut

(1) *In Comment. seu in Animadvers. et notis in Vell. Patercul. Hist. Not.* 20. *ad loc. cit. p.* 12. *Edit. Lipsien. ann.* 1627.

(2) *Loc. cit.*

idem subijcit Lipsius (1) „ de noctur-
„ no aeris sono sermo est, et sacra illa
„ noctu : idque cum clamore , et clan-
„ gore . *Justinus lib.* 11. *Jussis ma-*
„ *tronis solito clamore , ac strepitu*
„ *etiam in accessu hostium sacra*
(*haec Cerealia*) *celebrare* „ .

60. In iis item maxime sacris eorumdem sonum veteres adhibuerunt Gentiles , in quibus delinire aliquos , et morbos abigere voluerunt . Atque id forsitan etiam intelligere voluit Macrobius ita subiicens (2) „ Omnino autem
„ ad rem divinam pleraque aenea adhi-
„ beri solita multa indicio sunt ; et in
„ his maxime sacris , quibus delinire
„ aliquos aut devovere , aut denique
„ exigere morbos volebant „ . Licet enim Macrobius tintinnabula antea non memoraverit, ea tamen hoc in loco tacite indicare voluit , tum quod inter *pleraque aenea* (quae verba generica omnino sunt) maximum tintinnabula

(1) *Loc. cit.*
(2) *Saturnal. l.* 5. *c.* 19. *p.* 441. *cit. Edit. Comin. an.* 1736.

sibi vindicent locum ; tum quod immediate ipse post ea verba dno afferat Plauti , et Virgilii loca , quae de tintinnabulis certe sermonem habent,,.Sic enim ipse inquit ,, Taceo illud Plautinum cum ait:

,, *Mecum habet patagus,aes , morbus* ;

,, et quod alibi Virgilius

,,*Curetum sonitus,crepitantiaque aera*,,.

Et paullo infra (1) subdit ,, Post haec ,, Carminii verba , longum fiat, si velim ,, percensere , quam multis in locis ,, Graecorum vetustissimi aeris sonos ,, tamquam rem validissimam adhiberi ,, soliti sunt ,, .

61. Ethnici demum tintinnabulis uti consueverunt , veluti perhibet Theocriti Scholiastes (2),, in qualibet sanctifi- ,, catione, atque purificatione ,, . Eademque proinde adhibita , quod nos late fuseque superius (3) ostendimus, praesertim sunt ,, in omnibus quoque Cabiricis ,

(1) *Ibidem* .

(2) ,, Πρὸς πᾶσαν ἀφωσίωσιν , ϗ ἀποκάθαρσιν ,, ut ait *ad Idyll. II. v.* 36.

(3) Tum alibi , tum praesertim §. 45.

(ut verbis utar Jogginii (1)) „ Cory-
„ banticis, Bacchicisque mysteriis, quae,
„ ut Clemens Alexandrinus (2) animad-
„ vertit, sola lustratione perficiebantur.
„ Huius autem ritus, (veluti per-
„ git (3)), laudato Theocriti Scholiaste
„ auctore (4), id erat caussa; quod *ἀπε-*
„ *σταλτικὸν τῶν μιασμάτων contaminatio-*
„ *num expulsor* aeris sonitus credeba-
„ tur „. Quamobrem in ipsis quoque coenis Deorum cultui, et honori dicatis tintinnabula locum habere potuisse concorditer norunt Eruditi. Quod sane in primis, ac luculenter probat praeclarissimum, et vetustissimum monumentum ex Museo Veneto equitis Nanii haustum, atque a Clemente Blasio Abbate Camaldulensi (5) allatum et (6) expositum, ubi refertur coena illis sa-

(1) *In Museo Capitolino To.* 4. *Tab.* 49. *Edit. Lat.* *p.* 234. ac *Edit. Ital. p.* 258.

(2) *In Protrept. p.* 50.

(3) *Ibid.* (4) *Ibid.*

(5) In opere inscripto *Monumenta Graeca et Latina ex Museo Cl. Equ. et Sen. Iacobi Nanii Veneti illustrata etc. Romae* 1787. *in* 4. *To.* 3. *Monumentum V. p.* 97.

(6) *Ibid. p.* 97. *et seqq.*

cra cum ingenti tintinnabulo; quod superiori ejus parti sinistrorsum inest. Sed quoniam ea quantumvis Numinibus, veluti clare, aperteque patet, consecrata, tamen funebris potius, quam alia quaelibet ipsi doctissimo ejusdem explanatori non immerito (1) videtur, de hac idcirco novus eo in loco redibit sermo, quo funebris tintinnabulorum (2) recensebitur usus.

62. Sacro etiam tintinnabulorum apud Gentiles usui, quicumque is tandem esset, ostendendo prospiceret tintinnabulum illud apud Canonicum Joh. Andream Iricum Tridini olim existens, et a Muratorio (3) vulgatum in quadratam desinens basim, si ad illos idem quodammodo pertinuisset. Id tamen falsum omnino est. Quippe quod hoc Christianorum potius quam Ethnicorum fuisse, clare aperteque patet, si, quemadmodum recte observat Eugenius De

(1) *Ibid.* §. 16. *pp.* 113. *et* 114.
(2) C. 3. §. 9.
(3) In *Novo Thesauro veterum Inscriptionum To.* 4. *pag.* 1989. *Edit. Mediolanen. anni* 1742.

Levis (1), Episcopalia insignia, caeteraque sacra intueantur emblemata, quibus tum dextera, tum sinistra ejus ornatur pars, inscriptio denique spectetur ipsa in posteriori parte *Magno Sacerdoti* facta (nam in anteriori legitur *Tintinnabulum*) quae Christum significare apud Christianos plerumque solet. Nihil itaque in rei nostrae confirmationem inde inferri valet.

63. Apud Japonenses vero Bonzis, scilicet eorumdem Sacerdotibus, qui eorum Idoli Amidae nuncupati templa curant, sua esse majora tintinnabula, eorumque sono sacras populo eosdem quibusdam diei horis indicere preces, perhibet Solierus (2). Illico enim qui-

(1) In Dissert. cui titulus *Dimostrazione di un antico Campanello* inserta Parti primae operis inscripti *Raccolta di diverse antiche Inscrizioni, e Medaglie Epitalamiche ritrovate negli Stati di S. R. M. il Re di Sardegna, e due Dissertazioni sopra un antico Turibolo, e Campanello. In Torino* 1781.

(2) In opere inscripto *Histoire Ecclesiastique des Isles et Royaumes du Japon l.* 1. *c.* 10. *n.* 176. „ Les „ Bonzes ou Pretres, (inquit) qui ont charge des „ temples dedies a leur Amida, ont diverses cloches, „ avec les quelles ils avertissent le peuple à certaines „ heures du jour pour faire oraison. A quoi personne

libet tunc genibus provolvitur, et ad coelum manus aliquo temporis spatio extollit.

64. Ac in templo Midor, quod quatuor leucis a Meaco distat, quaedam, ut idem narrat Solierus (1), aderat campana ob ingentem eius sonitum, qui pluribus etiam abhinc leucis audiebatur, in omnibus iis locis valde celebris; quam tamen ita repente obtudisse adiicit, ut eadem quantumvis de more pulsata non modo, sed plurimis, ac maximis etiam mallei percussa ictibus nullum amplius redderet sonum.

„ ne manque, ains se mettent tous a genoux, et le„ vent les mains au ciel quelqu'espace de tems „.

(1) In opere cit. *l.* 10. *c.* 22. *n.* 171. „ Durant ces om„ brages (ait) arriva une nouveauté, qui donna juste su„ jet de parler, et ecrire au païens, qui se gouvernoient „ par les augures, et cas extraordinaires? Dans le „ fameux temple de Midor, qui est à quatre lieues de „ Meaco, il y avoit une cloche fort renommée en „ tous ces quartiers-là, parce qu'on l'öioit des plu„ sieurs lieues de loin. Si devint elle si sourde tout-a„ coup, que quoiqu'on la branlât à l'ordinaire, voire, „ quo heurtât dessus a grands coups de marteau, elle „ ne rendoit aucun son „.

CAPUT III.

De usu tintinnabulorum apud veteres Ethnicos tum in sepulcris, ac funeribus, tum in repellendis aeris tempestatibus, tum in defectionibus Lunae.

1. Vetustissimum Ethnicorum morem adhibendi tintinnabula tum in marmoreis ipsis sepulcris, tum in funebri defunctorum hominum pompa complura probant antiquitatis monumenta. Celebre siquidem est Porsennae Tuscorum Regis sepulcrum, quod commemorat Varro, et quod ex eo nobis depinxit Plinius, ipsumque licet veluti fabulosum habeatur, evidentissime tamen illius aetatis consuetudinem, et institutum exhibet. „ Nanque et Italicum „ (ait Plinius (1) de Labyrinthis lo- „ quens) dici convenit, quem fecit

(1) *Hist. Nat. l.* 36. *C.* 13. *sect.* 19. *n.* 4. *To.* 5. *pp.* 305. *et* 306. *Ed. Paris. an.* 1685. *ad usum Delphini.*

„ sibi Porsenna Rex Hetruriae sepulcri
„ caussa, simul ut externorum Regum
„ vanitas quoque ab Italis superetur.
„ Sed cum excedat omnia fabulositas,
„ utemur ipsius M. Varronis in expo-
„ sitione ejus verbis: Sepultus est, in-
„ quit, sub Urbe Clusio, in quo loco
„ monumentum reliquit lapide quadra-
„ to: singula latera pedum lata tri-
„ cenum, alta quinquagenum: inque basi
„ quadrata intus labyrinthum inextrica-
„ bilem: quo si quis improperet sine
„ glomere lini, exitum invenire ne-
„ queat. Supra id quadratum pyrami-
„ des stant quinque, quatuor in angu-
„ lis, in medio una, in imo latae pe-
„ dum quinum septuagenum, alte cen-
„ tum quinquagenum: ita fastigatae,
„ ut in summo orbis aeneus, et pe-
„ tasus unus omnibus sit impositus, *ex*
„ *quo pendeant exapta* (aptata scilicet,
„ vel coniuncta, ut explicat Hardui-
„ nus (1)) *catenis tintinnabula, quae*
„ *vento agitata longe sonitus referant*,

(1) Adnot. 20. ad hoc verbum *cit. loco*, *et pag.*

„ *ut Dodonae olim factum*. Supra quem „ orbem quatuor Pyramides insuper „ singulae extant altae pedum centenum. „ Supra quas uno solo quinque pyra„ mides, quarum altitudinem Varro„ nem puduit adjicere. Fabulae Hetrus„ cae tradunt, eamdem fuisse, quam „ totius operis. Adeo vesana demen„ tia quaesisse gloriam impendio nulli „ profuturo. Praeterea fatigasse regni „ vires, ut tamen laus major artificis „ esset „.

2. Non satis constat, qua de caussa Porsenna rex (si tamen hoc monumentum unquam extitit) tintinnabula in suo sepulcro poni jusserit. Dicet fortasse aliquis id ab ipso mandatum, ut ex eius sepulcro existimaretur reddi oracula, sicuti ex templo Dodonaeo, idque praesertim, quod Plinius addiderit, ut *Dodonae olim factum*. Verum videntur haec verba a Plinio fuisse adhibita, non ut Dodonaeorum oraculorum similitudo, sed potius, ut tintinnabulorum illorum ornatus instar Dodonaei appositus videretur.

3. Quidquid tamen Porsennam ad

id jmpulerit, illud certe ex ejus sepulcro colligitur, tintinnabula apud veteres Ethnicos adhibita fuisse tamquam sepulcrorum ornamenta, ut praesertim est illud Acestimae apud Sicyonios, in cujus altero extremitatis suae latere conspicitur puella, supra quam duo adsunt simul juncta tintinnabula et quod tum, inter marmora Oxoniensia (1) tum à Montfaucono (2) aere impressum affertur, ac recensetur.

4. Sepulchris item illorum, qui, dum viverent, Baccho fuerant quodammodo addicti, eiusque mysteriis initiati, perinde ac (3) caetera illius Numinis symbola, etiam tintinnabula quandoque insculpi consuevisse, nos pervetusto marmoreo recensito monumento,

(1) In opere inscripto *Marmora Oxoniensia n.* 33. *p.* 27. *Ed. Londin. an.* 1732.

(2) *Supplement au livre de l'antiquitè expliquée To.* 5. *l.* 1. *c.* 9. §. 4. *p.* 26., *et Fig.* 5.

(3) Bacchi mysteria, symbola, orgia, et Bacchanalia demum ipsa sepulcris tum aliorum defunctorum, tum illorum praecipue, qui viventes Bacchi cultui, eiusque mysteriis fuerant inaugurati, nos *C.* 2. *pp.* 125. *et* 126. *Adnot.* 1. fuse lateque ostendimus, ubi eas quoque omnes recensuimus caussas, quibus ad id Ethnici fuerunt adducti.

quod ex Fabretto (1) hausimus, luculenter ostendimus (2).

5. Hic autem mos ab antiquis illis Ethnicis ea praesertim de caussa servabatur, quia eorum sonus, ut nobis refert memoratus Theocriti Scholiastes, censeretur (3) „ purus, et inquinationum expulsor „. Quod et auctoritate sua confirmat Ovidius. Sic enim ait (4)

„ Rursus aquam tangit, Temesaeaque
„ concrepat aera
„ Et rogat, ut tectis exeat umbra
„ suis.
„ Cum dixit novies, manes exite
„ paterni,
„ Respicit, et pure sacra peracta
„ putat „.

Et revera perinde ac veteres illi, et superstitiosi Ethnici autumarunt, ut refert Macrobius (5), cantus, et musicae

(1) *Loc. cit. p.* 425.

(2) *Cit. capite* 2. §. 33. *pp.* 125. - 128.

(3) Καθάρος (ait *loc. cit.*) ϗ ἀπεσταλτικος τῶν μιασμάτων „.

(4) *Fastorum l.* 5. *vv.* 441. *et seqq.*

(5) „ Mortuos quoque (ait *Comment. in somnium Scipion l.* 2. *C.* 3. *p.* 111. *Ed. Comin.*) „ ad sepultu-
„ ram prosequi oportere cum cantu, plurimarum gen-

dulcedine animas, extincto corpore, caelum ingredi; ita aeris tinnitu spectra, et Daemonum, aliter defunctorum animas forsitan divexantium, ludibria abigi posse somniarunt.

6. Hinc itaque factum est, veteres Ethnicos tintinnabula etiam majora, si quisquam obiisset, pulsare consuevisse. „ Aes pulsabant (ait idem Theocriti Scholiastes (1)) „ in defectionibus Lunae, et „ in obitu suorum; quoniam putabatur aes „ purum esse, et expulsorium piacu- „ lorum et inquinationum. Quamobrem „ ad omnem sanctificationem, et purga- „ tionem eo utebantur. Aeris sonus „ proprius mortuorum „. Quod et Sophron quoque indicat inquiens (2)

„ tium, vel regionum instituta sanxerunt, persua- „ sione hac; quia post corpus animae ad originem „ dulcedinis Musicae, id est, ad caelum redire cre- „ duntur etc. „.

(1) „ Τὸν χαλκὸν ἐπῆδον (inqnit *loc. cit.*) ἐν ταῖς ἐλλείψεσι τῆς σελήνης, καὶ ἐν τοῖς κατοιχομένοις, ἐπειδὴ ἐνομίζετο καθαρὸς εἶναι, καὶ ἀπεσταλτικὸς τῶν μιασμάτων; διόπερ πρὸς πᾶσαν ἀφοσίωσιν, καὶ ἀποκάθαρσιν αὐτῷ ἐχρῶντο. ὅτι τοῦ χαλκοῦ ἦχος οἰκεῖος τοῖς κατοιχομένοις. „

(2) *In Mimis* „ Κύων (ait) βαΐξας λύει τὰ φάσματα, ὡς καὶ χαλκὸς κροτήθεις „.

„ Canis latrans solvit phantasmata, acque „ ac aes pulsatum „ .

7. Tintinnabulis plane veteres utebantur Lacedaemones, postquam reges sui vita excessissent. Tunc enim equites universam Laconicam lustrantes regionem obitum regis huc illuc in eadem undique nuntiabant, eumdemque mulieres Spartae civibus pandebant. Quamobrem eaedem, Herodoto teste (1), cui plane

(1) *Histor.* *l.* 6. qui inscribitur *Erato* *pp.* 463., et 464. *Ed. Amstaelodam. an.* 1763. „ Ταῦτα μὲν (ait) ζῶσι βασιλεῦσι δέδοται ἐκ τοῦ κοινοῦ τῶν Σπαρτιητέων · ἀποθανοῦσι δὲ, τάδε ἱππέες περιαγγέλλουσι τό γεγονὸς κατὰ πᾶσαν τήν Λακωνικήν · κατὰ δὲ τὴν πόλιν γυναῖκες περιιοῦσαι λέβητα κροτέουσι · ἐπεὰν ὦν τοῦτο γίνηται τοιοῦτο, ἀνάγκη ἐξ οἰκίης ἑκάστης ἐλευθέρους δύο καταμιαίνεσθαι ἄνδρα τε ϗ γυναῖκα · μὴ ποιήσασι δὲ τοῦτο ζημίαι μεγάλαι ἐπικέαται · νόμος δὲ τοῖσι Λακεδαιμονίοισι κατὰ τῶν βασιλήων τοὺς θανάτους ἐστὶ ὠὐτὸς ϗ τοῖσι βαρβάροισὶ τοῖσι ἐν τῇ Ἀσίῃ. Τῶν γὰρ ὦν βαρβάρων οἱ πλεῦνες τῶὐτῷ νόμῳ χρεώνται κατὰ τοὺς θανάτους τῶν βασιλήων · ἐπεὰν γὰρ ἀποθάνῃ βασιλεὺς Λακεδαιμονιων, ἐκ πάσης δεῖ Λακεδαιμονας, χωρὶς Σπαρτιητέων, ἀριθμῷ τῶν περιοίκων ἀναγκαστοὺς ἐς τὸ κῆδος ἰέναι· τουτέων ὦν, ϗ των εἱλωτεων, ϗ αὐτέων Σπαρτιητέων ἐπεὰν συλλεχθέωσι ἐς τῶὐτὸ πολλαὶ χιλιάδες, σύμμιγα τῇσι γυναιξὶ κοπτονταί τε τά μέτωπα προθύμως, ϗ οἰμωγῇ διαχρέωνται ἀπλέτῳ, φάμενοι τὸν ὕστατον αἰεὶ ἀπογενόμενον τῶν βασιλήων, τουτον δε γενεσθαι αριστον „ . Nimirum „ Viventibus haec regibus a Republica Spartiatarum

concinit idem ille Theocriti Scholiastes(1), civitatem omni ex parte circumeuntes lebetas pulsare solebant, quibus nec noctu, nec die quies, quod et barbaris quibusdam etiam Asiae populis in more positum fuisse idem affirmat, et perhibet Herodotus (2).

8. Id quidem, ut luctus universis hoc modo indiceretur, ipsisque permitteretur civibus, atque ut ii omnes, quo-

,, tribuuntur; ista defunctis equites per universam Laconicam, quid acciderit, nuntiant: Foeminae per urbem circumeuntes lebetem pulsitant; quumque hoc fit, necesse est ex singulis domibus duos ingenuos marem, ac foeminam contaminari, magnis poenis, nisi hoc faxint, impositis. Eadem autem circa mortes regum consuetudo Lacedaemoniis est, quae barbaris Asianis: nam plerique Barbarorum eodem ritu in mortibus regum utuntur, siquidem posteaquam mortem obiit Lacedaemoniorum rex, oportet eius exequiis adesse ex omni Lacedaemone, absque Spartanis, aliquo numero ex vicinis oppidis vel invitos. Horum igitur, et Hilotarum, atque ipsorum Spartiatarum, posteaquam multa millia in unum coacta sunt, promiscue cum mulieribus frontes suas intrepide pulsant, et ululatu immenso utuntur, ultimum semper quemque regum dicentes fuisse optimum ,, .

(1) *Loc. cit.* ubi sic loquitur. ,, Καὶ παρὰ Λάκωσι, βασιλέως θανοντος, εἰώθασι κρȣ́ειν λεβητας ,, Scilicet ,, Apud Lacedaemonios, defuncto rege, lebetes pulsare solent ,, . (2) *Loc. cit.*

rum intererat, sic admoniti ad exequias sua ipsa praesentia celebrandas convenirent. „ Siquidem (ut idem pergit (1) „ Herodotus) posteaquam mortem obi- „ it Lacedaemoniorum rex, oportet „ ejus exequiis adesse ex omni Lace- „ daemone, aliquo numero ex vicinis „ oppidis, vel invitos. Horum igitur, „ et Hilotarum, atque ipsorum Spar- „ tiatarum, posteaquam multa millia „ in unum coacta sunt, promiscue cum „ mulieribus frontes suas intrepide pul- „ sant, et ululatu immenso utuntur, „ ultimum semper quemque regum di- „ centes fuisse optimum „. Sed perinde ac caeteri singulas incolentes provincias alia plane ratione quam tintinnabulis, sic et cives ipsi moneri potuissent. Alio idcirco eorum apud Lacedaemones usum spectare non debuisse patet, quam ut eorumdem sono secundum vulgarem illam praeoccupatam opinionem, et superstitionem superius (2) recensitam universis antiquis Ethnicis

(1) *Loc. cit.*

(2) §§. 5. *et* 6. *huius capitis*.

plane communem spectra, et malorum daemonum abigerentur ludibria, nec non quaelibet expelleretur, seu purgaretur inquinatio.

9. Eadem plane de re factum est, ut in ipsis etiam sepulcralibus, et funebribus veterum Ethnicorum coenis locum habuerint tintinnabula. Quem sane morem evidenter pandit pervetustum illud alibi (1) memoratum musaei Nanii monumentum, cujus sinistrae parti superius magnum quoddam inesse nos innuimus tintinnabulum, et quo non peculiarem coenam quidem aliquam in honorem vel Jovis, vel Herculis, vel Bacchi, vel alterius cujuslibet Numinis simpliciter, et absolute institutam, sed, Diis utcumque dedicatam, funebrem tamen, et sepulcralem esse merito censet clarissimus ejus illustrator. Siquidem „ aptiorem (ut ait (2)) ejus moris caussam nobis suppeditat Theocriti Scholiastes, qui affirmat, tintinnabula „ in funere usitata fuisse, quod eorum

(1) *C. 2. §. 61.*

(2) Clemens Blasius in recensito *Opere loc. cit.* §. 12. *p.* 110.

„ sonus censeretur *purus*, et *avertens* „ *spectra*, ac *malorum daemonum* „ *ludibria*. Quod quidem curandum „ maxime erat tum ob funebrem coe- „ nam; tum vero ob defuncti transi- „ tum ad aliud vitae genus: quodcum- „ que tandem sibi pollicerentur Gen- „ tiles„. „ Quare (velut inde tandem col- „ ligit (1)) id tantummodo certum est, „ quod initio proposuimus, nempe coe- „ nam aliquam numinibus dicatam in „ hoc monumento exhiberi; eam vero „ funebrem esse verosimile ostensum est; „ caetera (nimirum peculiarem esse hu- jus vel alterius numinis coenam) „ a „ verisimilitudine abhorrere demonstra- „ vimus (2) „.

10. In funerum praeterea celebranda solemnitate tintinnabulis non raro usi Gentiles sunt. Quandoquidem solemni, et magnificentissimo illi funebris pompae apparatui, quem servatum fuisse, tum cum Alexandri M. corpus Babylone fuit Alexandriam translatum,

(1) *Loc. cit.* §. 16. *pp.* 113. *et* 114.
(2) *A* §. 2. *adcit.* §. 16. *inclusive pp.* 98. *et seqq.*

Diodorus Siculus (1), et Athenaeus (2) prae aliis narrant, plura tum aurea, tum aerea non defuerunt tintinnabula. Siquidem tum utrique mulorum currnm trahentium, quo regium cadaver, universumque funus erat transvehendum, maxillae unum, vel plura fuisse aurea tintinnabula adjecta, tum in ipso curru, cujus artificem Hieronymum fuisse idem refert Athenaeus (3), ac praesertim in summa parte fimbriam extitisse reticulatam tintinnabulis non vulgaris magnitudinis instructam, ut ex longiore intervallo sonus ad aures accedentium perferretur „ idem nobis luculenter perhibet Diodorus (4).

(1) *Biblioth. Hist. l.* 18. *p.* 610. *Edit. Hannoviae an.* 1604.

(2) *Deipnosophistarum l.* 5. *capp.* 9. *et* 10.

(3) *Loc. cit.*

(4) *Loc. cit. pagg.* 608. 609. *et* 610. „ Μετὰ δὲ ταῦτα (inquit) παρέστησαν τὴν τȣ̃το κομιȣ̃σαν ἁρμάμαξαν, ἧς κατεσκευάστο κατὰ μὲν τὴν κορυφὴν καμάρα χρυσῆ . . . . Υπὸ δὲ τὴν ὑπωροφίαν παρ᾽ ὅλον τὸ ἔργον θρόνος χρυσȣ̃ς . . . . Επὶ δὲ τῶν ἄκρων ὑπῆρχε θύσανος δικτυωτὸς, ἔχων εὐμεγέθεις κώδωνας, ὥς τε ἐκ πολλȣ̃ διαστήματος προσπέπτειν τὸν ψόφον τοῖς ἐγγίζȣσι . . . . . Τεττάρων δὲ ὄντων ῥυμῶν ἑκάστῳ τετραστοιχία ζευγῶν ὑπέζευκτο, τεττάρων ἡμιόνων ἑκάστῳ ζεύγει

11. Horum tintinnabulorum instar, vel unum ex iisdem esse, Eugenius De Levis comminiscitur tintinnabulum illud, quod in Districtu Taurinensi anno 1781. detectum, et primum a se vulgatum (1) fuit, utpote quia plane ab aliis

προσδεδεμένων, ὥστε τοὺς ἅπαντας ἡμιόνους εἶναι ἑξήκοντα καὶ τέσσαρας, ἐπιλελεγμένους ταῖς τε ῥώμαις, καὶ τοῖς ἀναστήμασιν. Ἕκαστος δὲ τούτων ἐστεφάνωτο κεχρυσομένῳ στεφάνῳ, καὶ παρ᾽ ἑκατέραν τῶν σιαγόνων εἶχεν ἐξηρτημένον κώδωνα χρυσοῦν, περὶ δὲ τοὺς τραχήλους χλιδῶνας λιθοκολλήτους. Ἡ μὲν οὖν ἁρμάμαξα τοιαύτην ἔχουσα τὴν κατασκευήν „ Videlicet „ Tum „ currum, (ita vertit Montfauconus *l' Antiquité expliquée To. 5. Part. 1. l. 1. C. 11, pp. 26. et 27.*) „ quo funus transvehendum erat, admoverunt, in „ cuius vertice aureus fornix . . . . . . Huic fastigio subiectum erat solium ex auro . . . . . . In „ summa parte fimbria extabat reticulata tintinnabulis non vulgaris magnitudinis instructa, ut ex longiore intervallo sonus ad aures accedentium perferretur . . . . . Quatuor temones cum essent, unicuique quadruplices quadrigae aptatae erant, quaternis mulis iugo alligatis, ita ut omnium mulorum „ sexaginta quatuor numerus esset, robore, et proceritate selectissimorum. Quisque horum corona „ deaurata redimitus erat, et utrique singulorum „ maxillae tintinnabula ex auro (sic omnes vertunt interpretes, quamquam si Graeco textui standum sit, verti debeat *tintinnabulum aureum*) „ et torques gemmis exornatus. Huiusmodi erat currus apparatus etc. „ .

(1) In Dissertat. cui titulus *Dimostrazione di un*

diversum (1), et, velut ipse ait (2) „ „ adorno di varj fregj, e ben diversi „ da quelli, di cui siano ornati tanto „ quello del gran Sacerdote .... quanto „ quello di Cibele ..... come dai due „ di Attide ..... e perfino da quello di „ Diana „. Quae tamen ad rem adeo dubiam et pervetustam veluti e tripode statim definiendam, ipsis praesertim veteribus scriptoribus, qui ea recensent, eorumdem plane tacentibus formam, et figuram, satis per se nullatenus sunt. Quanquam is, qui nonnisi dubitanter id affirmat, hoc idem tintinnabulum unum ex iis esse quoque coniiciat (3), quibus triumphales ornabantur currus, vel etiam unum ex iis, quorum meminisse Lucillum inferius (4) innuemus, et in rerum vendendarum curribus adhibe-

Companello inserta Parti primae operis inscripti *Raccolta di diverse antiche Inscrizioni e Medaglie epitalmiche ritrovate negli stati di S. S. R. M. il Re di Sardegna e due dissertationi sopra un' antico Turibulo, e Campanello. In Torino* 1781.

(1) *Ibid. pp.* 33. *et seqq.*

(2) *Ibid. p.* 32.

(3) *Ibid. pp.* 31. *et* 32. (4) *C.* 4. §. 6.

bantur, idque, veluti loquitur (1) „ per „ le punte, che nel labro interiore con„ serva, e fronte „ ipsum tamen cum iis confundendum esse tintinnabulis nolens (2), quae vel à vigilibus, vel ad somnum operariorum excitandum, vel ad cogendum populum pro publica tum piscium, tum fructuum maturorum emptione facienda, vel pro rebus sacris, vel pro reis morte damnatis olim a veteribus adhibebantur. Quod sane cuilibet demum inservierit usui, ob peculiarem suam, eamdemque ab illis caeterorum omnium tintinnabulorum, quae memorant, et recensent eruditi, (3) omnino diversam formam, et figuram, quae (4) lata est, et rotunda, et (5) ob ipsam cus-

(1) *Ibid. p.* 31. (2) *Ibid. pp.* 33. *et seqq.*

(3) *Ibid. p.* 31.

(4) Inspiciendum est ipsum huius tintinnabuli schema *ibid. Tab.* 4. allatum.

(5) „ Le punte poi, (ut *ibid.* legitur *p.* 37.) „ che nell' orlo interiore conserva, sebbene alcune „ siano rotte nella sua radice, ne conserva però al„ cune più lunghe delle altre, e queste ci danno à „ credere, che a modo di vimine s' incrocicchiassero „ l' una coll' altra, e al di fuori uscissero circa i due „ terzi dell' altezza di detto campanello, quindi pu„ re nessun segnale ci dà d' aver avuto alcun batta-

pidum, quae pluribus, quatuor scilicet, vel quinque utriusque labiorum ejus extremitatis locis aequa distantia extrinsecus inhaerent, rotunditatem, et majorem vel minorem longitudinem, nec non ob praecipuum tandem suum tinniendi modum, maximi momenti, et pretii esse merito idem observat (1) De Levis.

12. Autumarunt nonnulli, etiam apud Romanos in funebri suorum imperatorum pompa tintinnabula fuisse adhibita, et id ex Julii Caesaris funere, quod recenset Svetonius (2), se hausisse affirmant. Verum eos vehementissime deceptos quis non dicet? Certe si adhibita tintinnabula in funere illius Imperatoris fuissent, haec eadem profecto idem commemorare debuisset Svetonius, tum cum funebrem illius describit apparatum. De his autem ne minimum quidem is eo in loco loquitur. Haec

,, glio per suonare; onde ci lascia conghietturare,
,, che piuttosto una palla avesse; cosiche movendosi
,, esso campanello, questa rotolasse, e rotolando
,, producesse il suono, e perciò in due prospetti ho
,, voluto presentare il disegno del suddetto ,,.

(1) *Ibid. p.* 31.

(2) *De XII. Caesaribus in Julio Caesare.*

enim tantum habet (1) „ Deinde tibici„ nes , et scenici artifices vestem, quam „ ex instrumento triumphorum ad prae„ sentem usum induerant , detractam „ sibi atque discissam iniecere flam„ mae , et veteranorum militum legio„ narii arma sua , quibus exculti fu„ nus celebrabant . Matronae etiam ple„ raeque ornamenta sua , quae gerebant, „ et liberorum bullas, atque praetextas„. Hactenus Svetonius ut funebrem Julii Caesaris Imperatoris pompam depingeret, ubi, velut inde clare, aperteque patet, ne minimam quidem tintinnabulorum habet mentionem; quam profecto injecisset, si ea in hoc funere quodammodò fuissent.

13. Et reapse veteres Romani non quidem tintinnabulis, sed Tyrrhenos, si credendum Hygino (2) sit, concham

(1) *Loco cit. cap. 84. p. 92. cit. Edtt.*

(2) *Fabul. CLXXIV. p. 202. Edit. Hamburgen an.* 1674. „ Tyrrhenus Herculis filius (inquit) tubam „ primus invenit, hac ratione, quod cum carne hu„ mana comites eius vescerentur, ob crudelitatem „ incolae circa regionem diffugerunt; tunc ille, quia „ ex eorum * decesserat, concha pertusa buccinavit, et „ pagum convocavit, testatique sunt, se mortuum

pertusam, vel etiam tubam adhibere solitos imitati modo (1) tubis, modo (2) tibiis usi ea occasione sunt, quarum postremarum sonitu elata quandoque fuerunt funera, ut in eo praesertim Syllae factum fuisse ab Appiano (3), et Propertio (4) perhibetur; idque non ut funebres majoris aetatis, aut majorum mortuorum pompae ab iis minoris aetatis, aut minorum mortuorum instrumenti pulsati diversitate distinguerentur, in quarum primis tubarum, in alteris tibiarum sonum reddi Servius (5), et Placidius Lactantius (6) perperam atque

„ sepulturae dare, nec consumere. Unde tuba Tyr„ rhenum melos dicitur „.

(1) Ita perhibent Virgilius *Aeneid. l.* 11., Propertius *Eleg. l.* 2. *Eleg.* 7. *et* 8., Ovidius in *Epist. Medaeae ad Jasonem*, Gellius *Noctium Attic. l.* 20. *C.* 2., Petronius in *Satyrico*, alique permulti.

(2) Id testantur, ut caeteros complures praeteream, Tullius *de legib. l* 2., et Ovidius tum *Trist. l.* 5. *Eleg.* 1., tum *Fastor. l.* 5. *et* 6.

(3) *Histor. l* 1.

(4) *Lib.* 4. *Eleg. ult.*

(5) *In Comment. in l.* 5. *Aeneid.* „ Sciendum „ (inquit) majoris aetatis funera ad tubam solere „ proferri, minoris vero ad tibias „.

(6) *In Statium* „ Jubet religio, (ait) ut majo„ ribus mortuis tuba, minoribus tibia caneretur „.

confidenter autumarunt, et asseruerunt, cum utrumque tum Ovidius (1) tum caeteri omnes superius (2) allati Scriptores, Statio (3) iisdem (4) minime refra-

(1) *Tristium l. 1.*
„ Tibia funeribus (inquit) convenit ista meis.
Ac alibi sic loquens
„ Tibia funeribus cantabat, tibia ludis „.

(2) *Pag.* 205. *Adnotat.* 2 3. 4. *et* 5.

(3) *Thebaidos l. 6. vv.* 120. 121. *et* 122., ubi ait
„ Cum signum luctus cornu grave mugit adunco
„ Tibia, cui teneros suetum producere manes
„ Lege Phrygum moesta „.

(4) Exscripto porro in loco tibiarum usum licet ad sola puerorum funera coercere videatur Statius, eaedem tamen cum aliorum etiam communes fuerint funeribus, „ verius itaque Papinium (Statium, ego subiiciam cum Bernartio in *Adnot.* 122. *ad locum cit. pp.* 513. *et* 514. *Opp. Statii Edit. Lugd. Batav. an.* 1671., cui quoque concinit Henricus Salmuth *in Comment. ad cit. l.* 2. *tit.* 9. *Pancirolli p.* 160.) „ ad ori-
„ ginem respicere, et velle apud Phryges, naeniam
„ ad tibias primum cantari solitum in funere infantium.
„ Quod verum est, et Phrygum hoc inventum, unde
„ Catullus *Barbaram tibiam* vocavit. Nam licet Lati-
„ ni, qui, libera republica, scripsere, Barbaros
„ vocent omnes praeter se, et Graecos: et ii, qui
„ sub Principibus, omnes, qui non erant sub impe-
„ rio Romano, Poetae tamen saepe intelligunt solos
„ Trojanos, ut sciunt vel tenuiter harum litterarum
„ periti. Vetus Poeta apud Ciceronem: *astante ope*
„ *barbarica*, idest Trojana. Lucretius, Horatius, alii
„ videantur. Morem etiam praeficarum, et canendi
„ ad tibias in funere ex Phrygia in Italiam per co-

gante, tum funera demum ipsa Caesaris (1), Claudii (2), et Pertinacis (3) aperte falsum esse ostendant, sed ut amici (quod fiebat tubis, veluti observat Hyginus (4)) convocarentur testandi gratia, defunctum neque veneno, neque ferro interiisse, ac ut ad Musici cujusdam instrumenti, tibiae nimirum sonitum neniae canerentur. Quae cum essent omnibus funeribus communes, non immerito idcirco inde conjecit Joh. Kirchmannus (5) communibus quorumlibet defunctorum, sive puerorum scilicet, sive juvenum, sive virorum, sive senum, sive divitum, sive pauperum, sive nobilium, sive plebejorum funeribus tibias, in sole-

„ mites Aeneae translatum, Varro auctor, de vita po-
„ puli Romani lib. IV. „.

(1) Svetonius *loc. cit.*

(2) Seneca *in Claudii Caesaris* Αποκολοκυνθωσι p. 831. Edit. Antuerp. an. 1652.

(3) Jo. Xiphilinus in *Epitome Dionis in Severo*.

(4) „ Quod exemplum (scilicet Tyrrhenorum inquit *loc. cit.*) „ hodie Romani servant; et cum ali-
„ quis decessit, tubicines cantant, et amici con-
„ vocantur, testandi gratia, eum neque veneno,
„ neque ferro interiisse „.

(5) *De funerib. Roman. l. 2. C. 5. p.* 122.

mnioribus, atque *indictivis*, veluti ait (1), duntaxat funeribus, ut ad eadem nimirum spectanda populus accerseretur, tubas sonari consuevisse; qua tamen de re praeconis vocem adhibitam fuisse perhibet Festus (2). Qua porro, seu etiam tubis, cum ipse quoque satis moneri Flamen Dialis posset, ne is, cui quanquam funus exequi fas esset, non tamen, Festo narrante (3), funebres tibias audire, perinde ac neque, Gellio (4) teste, locum, in quo bustus esset, ingredi, neque mortuum attingere lice-

(1) *Ibidem*, *et p.* 120., *et C.* 4.

(2) *De verborum significatione l.* 9. *p.* 189. *lin.* 12. *Edit. Paris. an.* 1687. ubi haec habet „ Indictivum fu„ nus, ad quod per praeconem evocabantur „ scili„ cet „ populus his verbis (veluti addit Scaliger in nota ad hunc Festi locnm *pp.* 189. *et* 190.) „ *Exequias* „ *L. Letio L. Filio*, *qaibus est commodum ire*, *jam* „ *tempus est*, *illus ex aedibus ecfertur* „ ac „ velut idem subiicit Festus *l.* 15. *p.* 427. *lin.* 25. *et seqq. de* Romanis non modo, sed et de Sabinis loquens, apud quos, sicut ait „ inditio est praeco, qui in funeris „ indictivis ita pronunciare solet *Illus Quiris leto datus* „.

(3) *L.* 9. *p.* 158. *lin.* 10. *et* 11. „ Funebres ti„ biae dicuntur, (inquit) cum quibus in funere ca„ nitur, quas flamini audire putabant illicitum „.

(4) *Noct. Atticar. l.* 10. *C.* 15.

bat, improviso iisdem occurrens earum sonitu pollueretur, vehementer falli mihi videtur Magius (1), in cujus errorem ipsi quoque inciderunt Auctores *Encyclopediae Methodicae Parisiensis* (2), arbitratus, apud antiquos Romanos tintinnabula fuisse utraque illa de caussa in defunctorum funeribus adhibita.

14. Ac proinde ipsi quoque falluntur Novarinus, et Budaeus, quorum alter (3) in solis divitum, alter in *honoratiorum* hominum funeribus tintinnabulorum usum locum habuisse nulli nec veteris auctoris testimonio, nec monumento innixi confidenter asserunt. „ Anteambulones atrati (ait Budaeus) „ dici possunt, qui Graece Codono- „ phori i. e. tintinnabula gestantes, „ quod honoratiorum funera praecede- „ rent cum tintinnabulis „. Quam porro

(1) *In Libro de tintinnabulis C. 10. in fin.*

(2) *Encyclopedie Methodique Classe Antiquites etc. To. 2. Art. Cloches, Clochetes p. 90. Col. 2. Edit. Patavinae.*

(3) *In Schediasmat. sacro-prophan. l. 2. C. 25. n. 131.*

consuetudinem sua aetate, saeculo nimirum XVI. medio circiter, ac in Galliis, ubi degebat, omnium defunctorum funeribus communem fuisse idem non obscure perhibet Budaeus. „ Huiusmodi „ sunt apud nos hodie (inquit (1)) vul„ turii illi codonophori, idest tintinnabula „ gestantes, quos anteambulones atratos „ Latine appellare possumus, et fera„ les praecones, ex quorum grege sunt „ funerum indictores, quorum omnium „ vota sunt eadem, quae orci „. Ac ex Budaeo ita subiicit Josephus Laurentius, Lucensis (2) „ Codonophori dicti ante„ ambulones atrati, et praecones fera„ les, qui funebres pompas cum tin„ tinnabulis crepitantibus antecedunt ex „ Budaeo: tales hoc anno vidimus „ praecurrentes currus portantes tabida „ corpora, pestilentia grassante, atque „ animus meminisse horret „. Ac ve-

(1) *In Adnotation. in Pandectas ad l. Quicumque de institoria actione p. 255. Ed. Parisien. an.* 1543.

(2) *In Collectione de praeconibus, citharoedis, fistulis, ac tintinnabulis cap. 4. apud Jacobum Gronovium To. 8. Thesauri Antiqu. Graec. p. 1470. Col. 1.*

teribus Graecis, si fides adiicienda Passerio (1) sit, in more fuit, hos eosdem anteambulones, quos seu prodromos seu codonophoros appellabant, iis induere vestibus, quae tintinnabulis undique forent idcirco refertae, ut veluti totidem monitores populo de via excedere indicerent.

15. Ex eadem aeris puritate quoque derivatum est, ut veteres illud in laborum quasi Lunae levamen, et robur, tum cum ipsa deficeret, in eius scilicet (2) eclipsibus adhiberent „ Aes pul„ sabant (ait ille idem Theocriti Scholiastes (3)) „ in defectionibus Lunae, „ et in obitu suorum; quoniam puta„ batur aes purum, et expulsorium pia„ culorum, et inquinationum „. Atque id ea praesertim de caussa, quod illi superstitiosissimi homines hac ratione averti posse mala arbitrabantur, quae tum

(1) Loco cit. et exscripto *Adnot.* 2. pp. 38. *et* 39. Utrobique.

(2) Ecliplis Graece ἔκλειψις, Latine *defectio* ab ἐκλείπω, *deficio* Ecliplis enim tempore sol, et luna fere deficere videntur.

(3) *Loco allato p.* 193. *Adnot.* 1.

ob Lunae defectionem, tum ob nubes, quae coelum obduxerant, sibi quodammodo imminere verebantur. Hac porro superstitione Romani olim in Macedonia, et in Pannonia dimicantes decepti et adducti, ut Plutarchus (1), et Tacitus (2) perhibent, non alia plane ratione, nisi aeris sono Lunae deficienti

(1) *In Vitis parallelis To. 1. in Paullo Aemilio p. 481. Edit. Paris an. 1572.* „ Ἐπεὶ δε νὺξ γεγόνει, (inquit) ϗ μετὰ δεῖπνον ἐτράποντο πρὸς ὕπνον, ϗ ἀνάπαυσιν, αἰφνίδιον ἡ σεληνη πλήρης ȣ̓σα, ϗ μετέωρος ἐμελαίνετο ϗ τȣ̃ φωτὸς ἀπολιπόντος αὐτὴν, χρόας ἀμείψασα παντοδαπὰς, ἠφανίσθη· Τῶν δὲ Ρωμαίων, ὥσπερ ἐστὶν νενομισμένον, χαλκȣ̃ τε πατάγοις ἀνακαλȣμένων τὸ φῶς αὐτῆς, ϗ πυρὰ πολλὰ δαλοῖς, ϗ δᾳσιν ανεχοντων πρὸς τὸν ȣ̓ρανὸν, ȣ̓δὲν ὅμοιον ἔπραττον οἱ Μακεδόνες, ἀλλὰ φρικη, ϗ θάμβος τὸ στρατόπεδον κατεῖχεν, ϗ λόγος ἡσυχῆ διὰ πολλῶν ἐχώρει, βασιλέως τὸ φασμα σημαίνειν ἔκλειψιν „. Nimirum „ Cum jam nocte post coenam corpora „ somno, et quieti dare vellent. ecce luna pleno „ orbe, et sublimis obscurata est, fugienteque lu„ mine in varios vertit colores, dum condita est. „ Hic cum Romani de more aeris crepitu lumen eius „ revocarent, frequentesque flammas taedis, faci„ busque ad caelum porrigerent, longe diversa ege„ runt Macedones. quorum castra horror, stuporque „ tenuit, rumorque sensim est per castra vulgatus, „ eclipsim (obscurationem) regni occasum signifi„ care „.

(2) *Annal. l. 1. C. 28. p. 19. Ed. Antuerpien. an. 1768, in fol.*

subvenire idcirco praesertim conati reapse sunt, quia omnem suam ex ejus lumine, aut obscuritate sive prosperam, sive adversam fortunam pendere putarunt, communem sane jampridem apud caeteros omnes invectum errorem, et consuetudinem imitati, quam praeclare testatus est Livius. dum ait (1). „ Disposita in muris campanorum imbellis multitudo cum aeris crepitu. qualis in defectu Lunae nocte cieri solet, edidit clamorem „.

16. Plane similia innuit Ovidius, apud quem praeclara sunt „ Temesaea, „ aera „ quae idcirco saepe (2) memorantur, quia eadem tinnitu suo laboranti

(1) *Hist. l. 26. C. 5.*

(2) Tum *Medicam. fac. vv.* 41. *et* 42.

„ Et quamvis aliquis Temesaea removerit aera.
„ Nunquam Luna suis excutietur equis „.

„ Tum *Metamorphos l. 7. vv.* 207. *et* 208.

„ Te quoque, Luna, traho, quamvis Themesaea labores
„ Aera tuos minuant „.

Temesaea potius, quam alia quaelibet aera memorat Ovidius, perinde ac Statius in *Sylvis l.* 1. *v.* 47. inquiens

„ Nusquam Temesaea notabis aera „

quia erat Temese in Cypro civitas aeris praestantia

Lunae opem ferre communiter putaretur. Eumdem aetate quoque sua morem consuevisse perhibent Juvenalis (1) et Seneca (2). Nec aliter porro caeteras gentes communi hoc errore deceptas se gessisse narrant Statius, (3), et Boe-

illustris, et quidem illustrior quam Temese in Brutiis licet ob magnam aeris copiam a Strabone in *Geograph. lib.* 6. commendata; ipsaque insula Cyprus, quae, veluti tradit Festus Pompejus de *verb. signific.*, antiquitus *aerosa* dicebatur, quod in ea plurimum aeris nasceretur, Latinis autem, ut *loc. cit.* innuit Strab. est Tempsa, quae Graecis Τεμεσα, ab Homero quoque *Odyss. l.* 1. *v.* 184. memorata.

(1) *Sat.* 6. *vv.* 438. *et seqq.*

„ . . . . . Verborum (inquit) tanta cadit vis
„ Tot pariter pelves, et tintinnabula dicas
„ Pulsari. Jam nemo tubas, atque aera fatiget
„ Una laboranti poterit succurrere Lunae „.

(2) *In Hyppolito v.* 787.

(3) *Thebaidos l.* 6. *vv.* 685. *et seq.*

„ Sic cadit, attonitis (ait) quoties avellitur astris
„ Solis opaca soror, procul auxiliantia gentes
„ Aera crepant, frustraque timent, at Thes-
„ sala victrix
„ Ridet anhelantes, audito carmine, bigas „.

Quo porro in loco Statius potius „ ad opinionem ho„ minum retulit (ut verbis utar Lactantii Placidii *in Notis* ad hunc locum et praesertim ad ea verba *Procul auxiliantia*, cui plane concinunt Bernartius in *Comment. ad v.* 106. *lib.* 1. *Thebaid.*, et Johannes Veenhusen sub *nota* 686. *p.* 545. Edit. *Lugduni Batav.*

tius (1). Ita etiam Lunae deficienti succurrendum esse ipsi celebres illi Poetae Stesichorus, atque Pindarus, perhibentibus Plinio (2) et Plutarcho (3), censuerunt.

17. Maximi quippe antiquitus ea occasione ideo edebantur sonitus, atque fragores, tum quia ut, veluti comminiscitur Alexander Aphrodisieus (4), quasi spiritus quidam vitiosi, manes demum, seu potius daemones, sicut adiicit Magius (5), silentii amantes depellerentur,

anni 1671.) „ quod arbitrentur, deficienti lunae auxiliari, si aera percutiant „ quam ad aliud quidvis, veluti post Dukerum nos C. 7. animadvertimus.

(1) *De Consol. Philos.*

„ Quaeque fulgenti (ait) texerat ore
„ Confusa Phoebe detegat astra
„ Commovet gentes publicus error
„ Lassantque crebris pulsibus aera „.

(2) *Hist. Nat. l.* 2. *C.* 12.

(3) *In Opusc. De facie in orbe Lunae Opusc. To.* 3.

(4) *Proolem* : 43. *l.* 2. „ Movere (inquit) aes, „ ferrumque multitudo, quoties Luna, aut Sol deficit, consuevit, quasi spiritus quosdam vitiosos velint depellere. Haud enim per id tempus lumina benigne terram aspiciunt, neque benefica delibatio inde manat, qua mali, infectique spiritus repelli possint, et coerceri „.

(5) *Miscellan. l.* 4. *C.* 14. ubi, allato Alexandri

tum praesertim quia laboranti Lunae opem quodammodo ferri tunc inani superstitione crederetur. Cum enim naturalis ac germana huius phoenomeni communiter tunc plane ignoraretur caussa, eo tandem deventum est, ut putaretur, quemadmodum Virgilius (1), Horatius (2), Tibullus (3), Ovidius (4), Seneca (5), Lucanus (6), Juvenalis (7), Martialis (8), Nemesianus (9), Claudianus (10), aliique complures (11) tradunt, idcirco Lunam deficere, quod magicis

loco, ita subiicit ,, Huius autem rei illam fuisse ,, rationem puto quod Manes silentium amare crederentur, unde et silentes à Poetis dicerentur ,,. Initio siquidem capitis Magius ita loquitur ,, Aeris ,, tinnitu Manes seu potius Daemones domo, aliisque ,, ex locis exigi, existimasse antiquos, nemini, qui ,, paululum in humanioribus litteris fuerit versatus, ,, obscurum esse arbitror ,,.

(1) *Ecl.* 8. (2) *Epod. Od.* 5.

(3) *Eleg. l.* 1. *El.* 2. *et* 8.

(4) *Metam l.* 3. *et* 14. *et Epist.* Hipsipyles.

(5) *Medea Act.* 4. (6) *L.* 6.

(7) *Satyr.* 6. *vv.* 339. *et seqq.*

(8) *Epigramm. l.* 12. *Ep.* 57.

(9) *Ecl.* 4.

(10) *In Rufinum l.* 2.

(11) Ita prae aliis tradit vetus Apollonii Interpres in l. IV., qui locus *p.* 21. *Adnot.* 1. excribetur.

sagarum, ac praesertim Thessalarum mulierum, quibus hujus artis peritia, et origo communiter (1), atque à Statio (2) praesertim, et Seneca (3) tribuitur, incantationibus, carminibus, et potestate cogeretur eadem caelo deduci, atque in terram descendere, qua de re omnes eius defectiones, seu deliquia, ut praeclare nobis exposuit vetus Apollonii

(1) Id luculenter tradit Bernartius in loco, qui *sequenti adnotatione* exscribetur.

(2) *Thebaidos* tum *l.* 6. *vv.* 685. *et seq.*, tum praesertim *l.* 1. *vv.* 105. *et* 106., dum ait

,, ... qualis per nubila Phoebus
,, Atracia rubet arte labor ,, .

Atraciae siquidem artis nomine magicam artem plane intelligit Statius. Eam siquidem primus omnium apud Thraciam constituit Atrax Thessaliae princeps. Nobis plane concinit Bernartius, qui *in Nota ad cit. Statii locum in fine* ita subiicit ,, Solum moneo, Atraciam urbem ,, Thessaliae esse, partis Pelasgiàtidis, ab Atrace Pe- ,, nei et Burae filio conditam, auctores mihi affirman- ,, di Strabo, et Stephanus. Clarum itaque, cur Poeta ,, mentionem faciat Atraciae artis. Nam artem devo- ,, candi lunam Thessalis mulieribus a Scriptoribus pas- ,, sim tribui, omnes sciunt ,,. Quod porro postremum pluribus etiam alii veterum Poetarum locis ostendere aggreditur Henricus Salmuth in *Notis sive Commentariis ad Pancirollum Rerum deperdit. lib.* 2. *tit.* 9.

(3) *In Hyppolito loc. cit.*

interpres (1), antiqui appellarunt *dejectiones* sive *depressiones*; sic vero lunam magicis detractam carminibus eo demum adigi praeterea existimarunt, ut virulento quodam rore, quemadmodum prae aliis innuerunt Lucanus (2), et Apulejus (3), in herbas despumaret, idemque ita in eas effunderet, quo postea efficacius sagae iis uterentur. Qua sane occasione Lunam rubore prae verecundia suffundi vane, atque inepte credidere

. . . . . qualis pernubila Phoebes
(idem inquit Statius (4))

(1) *In librum IV.* „ Διαλαμβάνουσι δ' ἔνιοι (ait) τὴν τῆς Σελήνης ἔκλειψιν ὑπὸ φαρμακίδων γίνεσθαι· διὸ καὶ οἱ παλαιοὶ καθαιρέσεις ἐκάλουν τὰς ἐκλείψεις „. Nimirum „ Opinantur aliqui, deliquium lunae fieri à „ veneficis: ac propterea antiqui deliquia haec dixe„ re dejectiones, sive depressiones „.

(2) *Lib.* 6.

„ Et patitur cantu (ait) tantos depressa labores,
„ Donec suppositas propior despumet in herbas „.

(3) *Metam. lib.* 1.

(4) *Thebaidos lib.* 1. *vv.* 105. *et seqq.* Hoc siquidem in loco Statius „ tangit signate [veluti ait Bernartius *loc. cit. in princ.*] „ veterum errorem, qui „ lunam magico carmine coelo devocari, ruboreque „ prae verecundia suffundi credidere „.

„ Atracia rubet arte labor suffusa
„ veneno
„ Tenditur, ac sanie gliscit cutis igneus
„ atro
„ Ore vapor, quo longa sitis, mor-
„ bique, famesque.
„ Et populis mors una venit „.

Lunam vero, ne devocaretur e Coelo, tum laborare, ac reluctari, sed vinci tandem carminibus (1) fingebatur, nisi aeris tinnitu, et incondito strepitu ad carmina sagarum eadem obsurdesceret, atque in ea lucta laboranti lunae obstrepera mortalium superstitio succurreret. Apposite Seneca.

„ Et nuper rubuit (ait (2)) nullaque
lucidis

(1) Hanc insanam et stultam persuasionem, qua olim credebatur, lunam carminibus caelo eripi, certe respexit, et exposuit Virgilius, tum cum ait

„ Carmina vel coelo possunt deducere lunam
Quam alibi significat inductam esse velleribus
„ Munere [inquit] sic niveo lanae, si cre-
„ dere dignum est
„ Pan Deus Arcadiae captam te Lunam fe-
„ fellit „.

(2) *Ibidem*.

„ Nubes, sordidior vultibus obstitit:
„ At nos solliciti lumine turbido
„ Tractam Thessalicis carminibus rati,
„ Tinnitus dedimus, tu fueras labor „

Quem porro morem „ clarum exemplum „ vanae religionis (ut eumdem praeclare „ appellat Lipsius (1)) ad levandos „ Lunae labores „ mirum est apud ipsos quoque aliquos Christianos, quorum tum S. Audoenus (2), tum S. Maximus (3) meminerunt, olim invaluisse, quas propterea solide, ac vehementer idem refellit, et insectatur S. Maximus (4).

18. Idcirco autem veteres Lunae deficienti praesto esse, atque opitulari

(1) *Nota* 134. ad cit. locum Taciti *pag.* 19. *Col.* 1.

(2) *In vita S. Eligii l.* 2. *C.* 15.

(3) *Homilia C. De defectione Lunae I. Col.* 334. *Ed. Rom. an.* 1784., quae cum in veteribus Codicibus extet inter Ambrosii Homilias sub n m. 82., id in caussa fuit, ut eamdem S Ambrosio perperam tribueret Turnebus *Adversar. l.* 27. *Cap.* 24., eumque sequutus Henricus Salmuth in *Not. sive Comment. ad Pancirol. Rer. memorabil. l.* 2. *tit.* 9. „ Quod „ cum requirerem, [ait S. Maximus] quid sibi clamor hic „ velit? dixerunt mihi, quod laboranti Lunae vestra „ vociferatio subveniret, et defectum eius suis cla„ moribus adjuvaret „.

(4) Tum in eadem *Homilia Col.* 334. 335., et 336., tum in *sequenti col.* 337. *et seqq.*

tanto studio nitebantur, quia iidem arbitrabantur, ut ait Plutarchus (1) „ Lunam suis magnitudinibus dimetiri „ paullulum umbram, non ob parvita- „ tum, sed calidissime motum concita- „ re, ut celeriter perambulet umbro- „ sum locum, simul efferens animas „ bonorum festinantes, et vociferantes: „ nam cum in umbra sint, exaudire „ desinunt harmoniam caeli: simul etiam „ animae, quae infra sunt supplicia lu- „ entium tunc per umbram lamentan- „ tes, et conclamantes afferuntur: ideo „ in defectibus plerumque solebant aera

(1) „ Ευρος δὲ, ϰ̀ μέγεθος [*inquit. in Opusc. De facie in orbe Lunae Opusc. To. 3. p.* 1739] „ ȣ̉χ᾽ ὅσον οἱ γεωμέτραι λέγȣσιν, ἀλλὰ μεῖζον πολλῷ ἐστι. καταμετρεῖ δὲ τὴν σκίαν τῆς γῆς ὀλιγάκις τοῖς ἑαυτȣ̃ μεγέθεσιν ȣ̉χ᾽ ὑπὸ σμικρότητος, ἀλλὰ θερμοτάτην ἐπάγει τὴν κίνησιν, ὅπως ταχύ διαπερᾷ τὸν σκοτώδη τόπον ὑπεκφέρȣσα τὰς τῶν ἀγαθῶν ψυχας σπευδȣ́σας, ϰ̀ βοώσας· ȣ̉κ ἔτι γὰρ ἐξακȣ́ȣσιν ἐν τῇ σκιᾷ γενόμεναι τῆς περὶ τὸν ȣ̉ρανον ἁρμονιας· αμα δὲ ϰ̀ κάτωθεν αἱ τῶν κολαζομένων ψυχαι τηνίκαῦτα διά τῆς σκιᾶς ὀδυρόμεναι, ἀλαλαζȣσιν διαφερόντως· διὸ ϰ̀ κροτεῖν ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν εἰώθασιν οἱ πλεῖστοι χαλκώματα, ϰ̀ ψόφον ποιεῖν, ϰ̀ πάταγον επι τας ψυχὰς· ἐκφοβεῖ δὲ αὐτὰς ϰ̀ τὸ καλȣ́μενον πρόσωπον, ὅταν ἐγγὺς γενωνται, βλοσυρὸν τι ϰ̀ φρικῶδες ὁρώμενον „.

„ pulsare , ut sonitum , fragoremque
„ adversus animas ederent. Terret eas
„ etiam ea, quae dicitur facies, quando
„ propius accedunt, horrenda eis, et
„ terribilis apparens „.

19. In Lunae praeterea defectibus tum luminis inde prodeuntis extinctionem, tum bella, grandines, eluviones aquarum, caeterasque calamitates, et infortunia, quae innoxiis hominibus immitti ab ea perinde ac ab aliis in defectu suo iratis sideribus putabatur, ipsam denique hominum mortem antiqui Ethnici verebantur. Hoc nanque timore vulgum non modo, sed ipsos etiam praeclarissimos, et doctissimos antiquitatis viros, ac inter eos praesertim Stesichorum, et Pindarum percelli consuevisse Plutarchus (1), et Plinius (2) narrant. „ Viri ingentes (ait Plinius (3))
„ supraque mortalium naturam, tanto-
„ rum numinum lege deprehensa, et
„ misera hominum mente absoluta, in
„ defectibus scelera, aut mortem ali-

(1) *Loco cit.* (2) *Loco cit.*
(3) *Ibidem.*

„ quam siderum pavente: quo in metu „ fuisse Stesichori , et Pindari vatum „ sublimia ora palam est deliquio solis : „ et in luna veneficia arguente mor- „ talitate , et ob id crepitu dissono „ auxiliante „ . Sic etiam veteres olim Macedones , dum bellum adversus Romanos gererent, Luna noctu ex improviso deficiente, inde ita perterriti fuerunt, ut eorumdem castra , quemadmodum narrat Plutarchus (1) , horror , stuporque tenuerit, rumorque sensim ea pervaserit ; illud regni occasum significare. Galli (2) sub Attalo Pergami rege militantes , lunari quadam visa Eclipsi , tanto fuerunt timore affecti , ut ulterius progredi noluerint , regemque ipsum , bello , victoriisque suis fine imposito , in Hellespontum reverti coegerint . Romanae quoque illae legiones in Pannonia degentes , quarum superius (3) meminimus, olim hujusmodi superstitione ita fuerunt perculsae , atque ita ex Lunae

(1) *In Paullo Aemilio loco cit.*

(2) Consuli debet *An universal History Vol. 9. l. 2. Sect. 9. C. 6. p.* 330. *Edit. Londinen an.* 1747.

(3) §. 15.

lumine, vel obscuritate rerum suarum exitum pendere posse duxerunt, ut cum eidem deficienti aeris item sonitu opem ferre conatae nihil profecissent, maximo affectae timore, ac desperatione actae dolebant, et lamentabantur. „ Noctem minacem (rem omnem narrans inquit Tacitus (1)) „ et in scelus „ erupturam sors lenivit. Nam luna „ clariore pene caelo visa languescere. „ Id miles rationis ignarus omen prae- „ sentium accepit, ac suis laboribus de- „ fectionem sideris assimilans, prospe- „ reque cessura, quae pergerent, si „ fulgor, et claritudo Deae redderetur. „ Igitur aeris sono, tubarum, cornuum- „ que concentu strepere: prout splen- „ didior, obscuriorve laetari, aut moe- „ rere. Et postquam nubes offecere „ visui, creditumque conditam tenebris: „ (ut sunt mobiles ad superstitionem „ perculsae semel mentes) sibi aeter- „ num laborem portendi, sua facinora „ aversari Deos lamentantur „.

20. Praeoccupata hujusmodi opinio

(1) *Loco et pag. cit.*

non secus ac olim (1) Alexandro M., et (2) Agatocli, nec non recentiori ae-

(1) Alexander M. bellum gerens adversus Darium Persarum regem, Euphrate, Tigrique superato, cum milites suos ob inopinatam quamdam lunae defectionem perterrefactos, et admodum turbatos, nec non ad seditionem propendentes vidisset, accitis, atque consultis Aegyptiis vatibus, eosdem confirmavit, indeque victoriae adversus Persas referendae cepit occasionem. Etenim ,, illi (nempe vates), qui satis ,, scirent (veluti praeter Arrianum l. 3. narrat Q. Curtius *de rebus gestis Alexandri M. l. 4. c. 10.*) ,, temporum orbes implere destinatas vices: lunamque ,, deficere, cum aut terram subiret; aut sole premeretur: rationem quidem ipsis perceptam non edo- ,, cent vulgus; caeterum affirmant, Solem Graecorum, ,, lunam esse Persarum; quoties illa deficiat, ruinam, ,, stragemque illis gentibus portendi: veteraque ,, exempla percensent (seu verius confingunt) Persi- ,, dis regum, quos adversis Diis pugnasse, lunae ,, ostendisset defectio. Nulla res efficacius multitu- ,, dinem regit quam superstitio: aliquin impotens, ,, saeva, mutabilis; ubi vana religione capta ,, est, melius vatibus, quam ducibus suis paret. Igi- ,, tur edita in vulgus Aegyptiornm responsa rursus ad ,, spem et fiduciam erexere torpentes. Rex impetu ,, animorum utendnm ratus, secunda vigilia castra mo- ,, vit etc. ,,.

(2) Agatocles Syracusarum rex sive tyramnus cum bellum gereret in Africa, eius milites, visa sive solari, ut narrant Diodorus Siculus in *Biblioth. l, 20. c. 1.* et Justinus *Histor. l. 22. C. 3.*, sive lunari, ut ait Frontinus *Strat. l. 1. c. 2.*, nisi tamen eius locus sit corruptus, veluti suspicantnr Auctores Operis inscripti *An Universal History Vol. XVI.* eo in loco, ubi de Car-

tate (1) Christophoro Columbo admodum quidem ea occasione profuit, et diuturna quaedam jampridem ibi exorta, quae à singulis legionibus facta, et quamvis composita recruduerat, nondum sedari potuerat, sedata fuit ejusdem vi seditio, atque omnes milites ad obsequium tandem, et officium suum redierunt. Etenim, velut idem pergit Taci-

thaginiensium agitur historia *l.* 3. *C.*37. *p.* 674. *Nota I.*, eclipsi, eamdem esse ducentes indubium proximae suae destructionis praesagium, sunt admodum territi. Sed Agatocles fractos eorum erexit animos, asserens, id quidem ab illa innui, si ante discessum e patria eadem apparuisset, sed cum eum huius plane sequuta fuerit apparitio, Carthaginensium calamitates et ipsam universae illius regionis inde omnino argui occupationem quam primum sequuturam. Quin et praeterea subjecit, huiusmodi eclipses solitas esse subitam et imminentem aliquam praenuntiare mutationem; atque idcirco, fortunam, hosribus relictis, ad eos, (ad Syracusanos nimirum) esse digressuram.

(1) Admodum etiam huiusmodi error profuit Christophoro Columbo. Cum enis enim is. veluti legitur in *Epistola*, quam Carolo M. scripsit Joannes de Rojas, praemisitque suis in *Astrolabium*, *quod Planisphaerium* vocant *Commentariis*, anno 1493. ad Jamaicam insulam appulisset, et ibi Hispanus exercitus post seditionem omnium rerum inopia fameque laboraret, nec a Jamaicensibus impetrari alimenta possent, pestem iis minitatus est Columbus, inque huius signum mox apparituram Eclipsim Octobris die 22. praedixit.

tus (1) „ utendum ea inclinatione Caesar, „ et quae casus obtulerat, in sapientiam „ vertenda ratus circumiri tentoria jubet. „ Accitur Centurio Clemens, et si qui „ alii bonis artibus grati in vulgus, in „ vigiliis, stationibus, custodiis portarum „ se inserunt, spem offerunt, metum „ intendunt. Quousque filium impera- „ toris obsidebimus? &c. . . . . „ Commotis per haec mentibus, et in- „ ter se suspectis tironem à veterano, „ legionem a legione dissociant. Tum „ redire paullatim amor obsequii: „ omittunt portas, signa unum in lo- „ cum principio seditionis congregata „ suas in sedes referunt „. Idem tamen, qui paullo ante profuerat, non multo post obfuit error. Etenim Drusi quidem (2) durities milites offendit, sed, lunae adhuc perdurante defectu, nubibusque caelum obducentibus, et ingentibus inde decidentibus pluviis, milites iram caelestem declinare non posse pu-

Cum haec demum stata evenisset die, illi certatim attulerunt commeatus, ac ad eius genua provoluti, ut veniam impetrarent, èfflagitarunt.

(1) *Ibidem*. (2) *Ibid. pag.* 20.

tantes, nisi alio pergentes, infausta sibi deserenda esse castra duxerunt; nec eorum discessus impediri ulla ratione valuit. „ Auxerat militum curas (idem
„ ait Tacitus (1)) praematura hiems,
„ imbribus continuis, adeoque saevis,
„ ut non egredi tentoria, congregari
„ inter se, vix tutari signa possent,
„ quae turbine, atque unda raptabantur.
„ Durabat et formido caelestis irae,
„ nec frustra adversus impios hebescere
„ sidera, ruere tempestates: Non aliud
„ malorum levamentum, quam si lin-
„ querent castra, infausta, temerataque,
„ et soluti piaculo, suis quisque hiber-
„ nis redderentur. Primum octava,
„ dein quintadecima legio rediere. No-
„ nanus aperiendas Tiberii epistolas
„ clamitaverat; mox desolatus aliorum
„ discessione imminentem necessitatem
„ sponte praevenit. Et Drusus, non
„ expectato legatorum regressu, quia
„ praesentia satis consederant, in urbem
„ rediit „.

(1) *Ibidem*.

21. Eo demum praeterea ridicula haec, et inanis antiquitus perducta fuit superstitio, ut ob eam vel florentissimi perderentur exercitus. Cujusmodi praesertim accidit Atheniensibus, qui cum, veluti narrat Plutarchus (1) vehementissimum illum ea occasione refellens errorem, rebus adversa fortuna in Sicilia gestis, gravique morbo in ipsis eorum castris desaeviente, ac iisdem vitam eripiente, commode, atque facile, ipsis hostibus id non expectantibns, nec propterea praepedientibus, nec eos asservantibus, inde incolumes discedere possent, et, omnibus paratis, mox essent discessuri, noctu ex improviso luna deficiente, tum iis, tum imperatori suo Niciae vel ex imperitia, vel superstitione id admodum expavescentibus, cum ne peritus quidem adesset hariolus, seu vates naturalibus hujus phoenomeni caussis pandendis idoneus, ipseque jam obiiset Stilbides Niciae familiaris multum superstitionis ei detrahere solitus, tantus incussus est metus, ut ii,

(1) *In Nicia Vitarum To. 2. pp. 983. et 984.*

ac ipse praesertim dux classem portu solvere plane (1) vereretur. Nicias siquidem, dum hoc prodigium caeteroquin est, ut aiebat Philocorus apud Plutarchum (2), non quidem adversum, sed faustum fugientibus, quibus infesta est lux, occultari cum metu, quae geruntur, quaerentibus, et satagentibus, lunae defectu adhuc perdurante, proficisci nolens, alium antea censens, et suadens expectandum esse lunae ambitum, quasi vero non vidisset illico illustratum, ubi locum inumbratum, et a terra obstructum praetervecta est, hoc interim tempore sacrificiis idcirco dabat operam, donec hostes, eorum voluntate cognita, venientes, iidemque tum terrestribus copiis murum, et eorumdem castra obsidentes, tum navibus portum undique cingentes, eorum impedierunt fugam, quibus demum partim interfectis, partim captis, universus ille Atheniensium

(1) Praeter Plutarchum eadem perhibent tum Plinius *loc.* cit., tum Quintilianus *Inst. Orator. l.* 1. C. 10. *p*, 67. *Edit. Cominianae anni* 1736.

(2) *Loc. cit.*

(1) dissipatus est, atque deletus exercitus, et classis.

22. Seu sole autem, seu luna deficiente, veteres olim nonnisi tribus diebus sibi cavere solitos fuisse narravit, teste Plutarcho (2), Autoclides. Quod tamen utrum constanter antiquitus servaretur, et quanto tempore, neque monet Plutarchus, neque nobis, eo silente, alia ulla ratione patet.

23. Anaxagoras (3) quidem, et Protagoras naturales lunaris illuminationis, et obumbrationis pandiderant caussas. Sed tantum superstitiosa, et praeoccupata illa poterat vulgi opinio, ut, quoniam physici, quasi rationibus absurdis, atque improvisis potentiis, laboribusque coactis, divina subiicere communiter putabantur, a veteribus illis, neque cre-

(1) Ita testantur *loc. cit.* Plutarchns, Plinius, et Quintilianus.

(2) *In Vitis comparatis loco cit. pag.* 984. „ Ἄλλως τὲ δὲ (inquit) τόν περί ἥλιον, καὶ σελήνην ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐποιοῦντο φυλακὴν, ὡς Αὐτοκλείδης διέγραψεν ἐν τοις ἐζηγητικοῖς „.

(3) Ita narrat Plutarchus *loco cit.* De hac porro Anaxagorae doctrina consuli debet Jacobus Bruckerus in *Historia critica Philosophiae Part.* 2. *l.* 2. *C.* 1. §. 21. 22. *et* 25. *To.*1. *pagg.*510. *et* 514. *Ed. Lipsien. an.* 1742.

debantur, neque ferebantur. Anaxagorae doctrina in occulto, atque maxima cum cautione, ac nonnisi sub fide versabatur inter paucos, ipsumque Anaxagoram hac eadem de re in vincula conjectum, vix magno labore liberare valuit Pericles. Protagoras pulsus fuit in exilium. Socrates (1) demum, quamvis esset ab iis remotissimus, fuit tamen philosophiae nomine sublatus. Platoni autem tandem reservatum erat, quemadmodum idem recte animadvertit Plutarchus (2), tanta invidia, et odio praeclarissimam hanc philosophiae partem liberare. Quippe qui honestate vitae non modo apud caeteros homines idcirco ejus plurimum refulsit, et valuit auctoritas, sed quia fere Divinis, potentioribusque principiis naturalia subjugavit vincula, calumnias sapientissimis hisce detersit praeceptis, atque mathematicis disciplinis viam ad omnes munivit. Quamobrem (3) amicus ejus Dion, quo tem-

(1) Id prae aliis idem observat Plutarchus *ibidem*.
(2) *Ibidem*.
(3) Id narrant tum Plutarchus, tum Quintilianus *loc. et pagg. cit.*

pore ex Zacyntho solvens contra Dionysium ob eius destruendam tyramnidem profecturus erat, ne minimum quidem lunae defectionis casu deterritus vela fecit, ac Syracusas perventus inde tyramnum exegit. Pericles (1) Athenienses solis obscuratione territos, redditis hujus phenomeni caussis, metu liberavit: Et (2) C. Sulpitius Gallus tribunus militum secundae legionis in exercitu L. Paulli Aemilii, militibus consulis permissu ad concionem vocatis, primus omnium Romanorum, antequam eveniret, pridie nimirum, eam praenuntians, naturalibus item panditis caussis, de lunae defectione seu Eclipsi disseruit („ mox et „ composito volumine „ veluti addit Plinius (3)) ne veluti prodigio divinitus facto eorum terrerentur animi. Quamobrem omnem illa praeclaram de Mace-

(1) Quintilianus *loc. cit. pag.* 66.

(2) Livius *Histor. l.* 44. *C*, 34., Tullius de *Senect. C.* 14. *Opp. Vol.* 10. *pagg.* 314. *et* 315., Plinius *Hist. Nat l.* 2. *c.* 12. *To.* 1. *pagg.* 156. *et* 157., Valerius Maximus *Factorum Dictorumque Memorab. l.* 8. *C.* 11., Frontinus *Stratag. l.* 1. *C.* 2., Quintilianus *loco cit. pagg.* 56. *et* 67.

(3) *Loco cit. pagg.* 157.

donibus relatam victoriam eius scientiae merito acceptam refert Valerius Maximus (1) . „ Quia nisi ille (veluti subiicit (2)) metum militum vicisset, imperator Romanus vincere hostes non „ potuisset „ . Et quamvis lunae tum reapse deficientis , cui Romanos aeris tinnitu fuisse opitulatos, caeteris tamen omnibus maxime antiquioribus adversatus scriptoribus , narrat Plutarchus (3), physicas probe novisset caussas Paullus Aemilius , is „ oppido tamen religiosus , (velut idem pergit Plutarchus (4)) „ de-

(1) *Loco cit.* (2) *Ibidem.*

(3) *Vitar. Comparatarum To. 1. in Paullo Aemilio pag. 481.*

(4) *Ibidem* „ Ο᾽ δ᾽Αἰμίλιος ȣκ ἦν (ait) μὲν ἀνήκοος, ȣδ᾽ ἄπειρος παντάπασι τῶν ἐκλειπτικῶν ἀνωμαλιῶν, αἳ τὴν σεληνην περιφερομένην εἰς τὸ σκίασμα τῆς γῆς ἐμβάλλȣσιν τεταγμέναις περιόδοις, ϗ ἀποκρυπτȣσιν, ἄχρι ȣ̃ παρελθȣ̃σα τὴν ἐπι σκότȣ χώραν, παλιν ἐπιλάμψει πρὸς τὸν ἥλιον. Ο᾽υ μην ἀλλὰ τῷθεῷ πολὺ νέμων, ϗ φιλοθυτης ὤν, ϗ μαντικός, ὡς εἶδε πρῶτον την σελήνην ἀποκαθαιρομενην, ἕνδεχα μόσχȣς αὐτῇ κατέθυσεν „ . Videlicet „ Paullus vero , qui tyro non erat , neque rudis inaequalitatum eclipticarum , quae statis circulis umbram „ terrae condant , et obscurent lunae orbem , dum „ offuscantem praetervecta regionem iterum a sole il„ lustretur , oppido religiosus tamen , deditusque Diis „ placandis , et augurio̓rum peritus , ut primum re-

„ ditusque Diis placandis, et augurio-
„ rum peritus, ut primum renitescere
„ conspexit lunam, immolavit ei un-
„ decim juvencas „. Vetus etiam poeta, seu (1) Varro Atacinus hic fuerit, seu (2) Fulgentius, seu (3) quilibet alius incerti nominis scriptor, naturales defectionis lunae pandens caussas vulgarem

„ nitescere conspexit lunam, immolavit ei undecim
„ juvencas „.

(1) „ Petrus Daniel egregius juvenis (ut perhibet Adrianus Turnebus *Adversar. l.* 19. *C.* 3. *col. seu pag.* 634.) „ carmen hoc audet Varroni Atacino tribu-
„ ere „.

(2) Fulgentii „ nomen (veluti animadvertit, et ait Gerard. Jo. Vossius in Opere *de Origine et progressu Idolatriae l.* 2. *C.* 20. *To.* 1. *p.* 402. *in postilla marginali*) „ ex conjectura praemissum in Epigrammatis
„ veterum editionis Pithoeanae „ *Parisiensis anni* 1590.

(3) Sic Turnebus, qui primus omnium videtur, saltem magis emendatum, integrum, quod superest huius Poetae fragmentum edidisse. „ Clarissimus vir
„ Henricus Memmius (inquit *ibidem coll. seu pagg.* 633. *et* 634) „ gravissimos et politissimos Poetae
„ cuiusdam veteris mihi donavit versus, quos multis
„ locis corruptos felicissime emendavit. Ille poeta res
„ in Hispania gerens ab amico rogatus ut carmina
„ scriberet de sideribus et astrologia, hoc ita circum-
„ loquitur, Indicis ut Phoebi frondea meos succin-
„ gant crines, et ederae meas comas inumbrent „. Tamquam incertum hunc Poetam appellant etiam tum Pithoeus in Indice suae collectionis, tum Vossius *loc. cit.*

illum, ineptumque reprehendendum, et refellendum aggressus est errorem.

„ Dicam, cur fesso (inquit (1)) lives-
„ cat circulus ore,
„ Purpureumque jubar nivei cur ta-
„ beat oris.
„ Non illam, ut populi credunt, ni-
„ grantibus antris
„ Infernas ululans mulier praedira
„ sub umbras
„ Detrahit altivago e speculo, nec
„ carmine victa
„ Vel rore stygias * * *
„ Vincibilemque petit clangorem:
„ Quippe per aetram,
„ Qua citimus limes dispescit turbida
„ puris
„ Inviolata meat: sed vasto corpore
„ tellus,
„ Quae medium tenet ima polum, dum
„ lumina fratris

(1) In *carmine*, ut ait *loco cit.* Turnebus, vel in *fragmento*, ut appellatur in *Indice* Pithoeanae collectionis de *defectu Lunae sive de Astronomia*, vel etiam *Astronomica*, ut in titulo carminis p. 402. memoratae collectionis legitur.

„ Detinet umbriferis metis , tum si-
„ dere crasso ,
„ Pallescit teres umbra rotae : dum
„ transeat axem
„ Aggeres velox tumuli , speculoque
„ rosanti
„ Fraternas reparet per caelum libera
„ flammas „ .

„ Quippe manifestum est , (ut verbis utar Plinii (1)) „ solem interventu „ lunae occultari , lunamque terrae „ objectu : ac vices reddi , eosdem solis „ radios luna interpositu suo auferente „ terrae, terraque lunae „ : tellure nimirum inter solem atque lunam posita, luna terrae umbram ingreditur , eaque mergitur , ac lumine solis omni eo tempore ; quo illam traiicit, demum privata deficit , et obscuratur , eiusdemque fit eclipsis , perinde ac tum cum luna solem inter atque tellurem existit , umbraque sua tellurem contegit , plane prohibet , quominus ea vel partim vel omnino solis radiis illustretur , in quo solis posita est Eclipsis .

(1) *Hist, nat. l. 2. C. 10. sect. 7. T. 1. p. 154.*

24. Ethnici profecto, qui (1) tonitrua, ceterasque aeris tempestates veluti totidem infausta rerum suarum praesagia, non secus ac lunae defectum, et obscuritatem, ut superius (2) innuimus, verebantur, perinde ut huic sublevandae, illis etiam diluendis, et dissipandis non aliam forsitan aptissimam esse iidem duxerunt rationem, quam aeris sonum, atque tinnitum, et hoc idcirco, illis furentibus, et ingruentibus, fortasse

(1) Id praesertim, ut caetera complura huius generis praeteream exempla, praeclare innuit Plutarchus *Vitarum etc. To. 2. in Crasso p.* 1012., qui inter infausta praesagia, quae in bello Parthico Crasso, antequam eius funderetur exercitus, idemque tandem ab hostibus interficeretur, evenere, narrat, eo copias suas traducente juxta Zeugma, crebra erupisse et atrocia tonitrua, frequentia fulmina exercitui ex adverso emicavisse, ventum cum atra nube, atque procellosum incumbentem in temporarium eius pontem magna ex parte hunc convulsisse, atque dirupisse; locum item, ubi metaturus erat castra, bis fuisse de coelo tactum. Arabes, etiam, qui Cassio erant in itinere duces, tum cum, Crassi exercitu à Parthis devicto, atque fuso, fugiens Carras venerat, velut idem tradit *loco cit. p.* 1026 Plutarchus, eum monuerunt, ut ibi maneret, ac expectaret, dum esset scorpionem luna praetervecta. Quibus Cassius iter suum pergere volens respondit, se sagittasium magis quam scorpionem exhorrescere.

(2) §. 19.

usi reapse sunt; idque nullo plane modo contemnendum analogiae suadet argumentum. Tum ob illam antiquitus communiter creditam aeris puritatem, eique insitam piacula, et inquinationes expellendi vim, tum ob vulgarem illum alium errorem, ut scilicet ejus sono, et „complosu aerem longe, lateque di-„ verberante vis tonitrui infringatur „ hunc eumdem morem Hadrianus Junius (1), Laurentius Lucensis (2), et Henricus Salmuth (3) iis confidenter adsciscunt. Sed quoniam, ne in vehementes quosdam labatur errores, a mera probabilitate, ac similitudine certitudo debet accurate distingui, et in rebus historicis pro certo id solummodo habendum esse ars critica docet, quod coaevorum, aut saltem proximiorum, vel scriptorum, vel monumentorum innititur auctoritati, sola probabilitate, atque verisimilitudine contentus ad id, de quo res est, pertinaciter asserendum

(1) *Animadversor. l. 3. C. 11.* (2) *Loco cit.*

(3) *In Notis sive Commentariis ad Pancirollum Rerum memorabilium l. 2. tit. 9. p. 160. Edit. an. 1660.*

tamquam ad saxum, vel scopulum non adhaerescam.

25. Hac eadem quoque de re factum est, ut ad maris tempestates removendas, ac vitanda naufragia in ipsis maritimis itineribus tintinnabulorum sonus tanquam certum salutis, et portus feliciter petendi augurium olim adhiberetur. Cuiusmodi a Chalcidensibus olim factum fuisse narrat Paterculus (1). Tum cum enim iidem in Italiam venirent, ut Cumas conderent, eorum „ classis cursum (veluti ait) „ esse directum alii columbae antece- „ dentis volatu ferunt, alii nocturno „ aeris sono, qualis Cerealibus sacris „ fieri solet „.

(1) *Hist. Rom. l.* 1. *C*. 4., quem locum exscripsimus *pag.* 180. *Adnot.* 2.

lum

fa·
re·
in
lo·
s ,
m
i-
a-
n



Fig. II.

Fig. III.

